Q. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS, *DE* ADMINISTRATIONE ADVENTITIORUM LEGITIMA.

QUAM,

Sereniſſimo ac Celſiſſimo Principe ac Domino,

DN. LUDOVICO, DUCE WIRTEMBERGIÆ ac *Tecciæ Comite Montiſpelgardi, Domino in Heydenheim, &c.*

UNIVERSITATIS RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

Decreto

Magnifici Iureconſultorum Ordinis,

PRÆSIDE

DN. JOH. ANDREA Frommann/

U. J. D. & P. P.

Pro ſummis in utroque Iure Honoribus & Privilegiis conſequendis,

publicè diſcutiendam,

decenter exhibet

JOHANNES Peilicke/ Lipſiens.

ad diem Sept.

IN AULA NOVA,

horis conſuetis.

Tubingæ, Literis Kernerianis, 1676.

32

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

I. N. I.

DISPUTATIONIS INAUGURALIS JURIDICÆ,

De

ADMINISRATIONE ADVENTITIORUM *LEGITIMA.*

THESIS I.

Hujus Materiæ Tractatio I. Generalis, in qua exhibetur Definitio. tum Nominis, nempe Adminiſtrationis Etymologia.

PRæſentis Diſquiſitionis Juridicæ objectum eſt Adminiſtratio Adventitiorum Legitima; quorum terminorum vim ac ſignificatum paucis præmittimus.

Adminiſtrationis vox in Jure occurrit frequentiſſimè, compoſita ex præpoſitione AD, vim intendendi habente, & *Miniſtratione*; quæ à miniſtro deſcendit, qui Græco idiomati eſt Διάκονος. Unde miniſterium: miniſtrare, & ex hoc adminiſtrare, adminiſtrator, adminiſtratio: hoc eſt, miniſterium non vulgare, quale ſervorum, famulorum, eſt: quorum acta non, niſi ſpecialis aut individualis, juſſus domini legitimat; ſed quod cum quodam virtutis aut eminentiæ gradu: cum quadam vi ac poteſtate à ſuperiore, vel domino, informatum eſt, ut proprio quaſi jure, & vi ipſius officii, agere quis poſſit ea, quæ aliàs ſpeciali juſſu opus habent. *arg. l. 1. §. 1. l. 3. ff. de off. ej. cui mand. jur.* & ſic cum quadam libertate gubernare. *§. nihil a. 43. I. d. R. D. l. 6. § 2.* ibi: *pleniſſimam poteſtatem, uti frui, gubernareque res. l. fin. §. 1. vers. nolente. C. de b. qua l.* Relationem v. habet ad Superiorem vel Dominum, cujus quaſi præcipuus miniſter eſt, cui adminiſtratio commiſſa. Hinc adminiſter audaciæ, libidinis alicujus, dicitur ap. Cic. *in Catilin.* Hinc eidem *pro lege Manilia*, Ars dicitur adminiſtratio virtutis. Quamvis enim etiam de ipſo negotiorum domino prædicetur; ſic enim quilibet liber homo liberam adminiſtrandi patrimonii ſui poteſtatem habere dicitur *in l. 2. C. de his, quib. ut indig.* ſic minoribus ante 25. ætatis annum rei ſuæ adminiſtrationem non committi, extat *in l. 1. in fin. ff. de minor. l. fin. ff. de condit. & demonſtr.* prodigo bonorum ſuorum adminiſtrationem interdici. *§. 2. I. quib. non eſt perm. fac. teſt. l. 1. pr. ff. de curat furios. & paſſim.* J. P. Wirt. *p. 4. t. 9. pr.* ibi: zu eigner adminiſtration. *&* §. *1.* ibi: die Angebührnus gleich

Homonymia

I. N. I.

DISPUTATIONIS INAUGURALIS JURIDICÆ,

De

ADMINISRATIONE ADVENTITIORUM *LEGITIMA.*

THESIS I.

PRæſentis Diſquiſitionis Juridicæ objectum eſt Adminiſtratio Adventitiorum Legitima; quorum terminorum vim ac ſignificatum paucis præmittimus.

Hujus Materiæ | Tractatio I. Generalis, in qua exhibetur Definitio. *tum* Nominis. *nempe Adminiſtrationis* Etymologia.

Adminiſtrationis vox in Jure occurrit frequentiſſimè, compoſita ex præpoſitione AD, vim intendendi habente, & *Miniſtratione*; quæ à miniſtro deſcendit, qui Græco idiomati eſt Διάκονος. Unde miniſterium: miniſtrare, & ex hoc adminiſtrare, adminiſtrator, adminiſtratio: hoc eſt, miniſterium non vulgare, quale ſervorum, famulorum, eſt: quorum acta non, niſi ſpecialis aut individualis, juſſus domini legitimat; ſed quod cum quodam virtutis aut eminentiæ gradu: cum quadam vi ac poteſtate à ſuperiore, vel domino, informatum eſt, ut proprio quaſi jure, & vi ipſius officii, agere quis poſſit ea, quæ aliàs ſpeciali juſſu opus habent. *arg. l. 1. §. 1. l. 3. ff. de off. ej. cui mand. jur.* & ſic cum quadam libertate gubernare. *§. nihil a. 43. l. d. R. D. l. 6. §. 2.* ibi: *pleniſſimam poteſtatem, uti frui, gubernareque res. l. fin. §. 1. vers. volente. C. de b. qua l.* Relationem v. habet ad Superiorem vel Dominum, cujus quaſi præcipuus miniſter eſt, cui adminiſtratio commiſſa. Hinc adminiſter audaciæ, libidinis alicujus, dicitur ap. Cic. *in Catilin.* Hinc eidem *pro lege Manilia*, Ars dicitur adminiſtratio virtutis. Quamvis enim etiam de ipſo negotiorum domino prædicetur; ſic enim quilibet liber homo liberam adminiſtrandi patrimonii ſui poteſtatem habere dicitur *in l. 2. C. de his, quib. ut indig.* ſic minoribus ante 25. ætatis annum rei ſuæ adminiſtrationem non committi, extat *in l. 1. in fin. ff. de minor. l. fin. ff. de condit. & demonſtr.* prodigo bonorum ſuorum adminiſtrationem interdici. *§. 2. I. quib. non eſt perm. fac. teſt. l. 1. pr. ff. de curat furios. & paſſim.* J. P. Wirt. *p. 4. t. 9. pr.* ibi: zu eigner adminiſtration. *&* §. *1.* ibi: die Angebührnus gleich

Homonymia

ſelbſt

ſelbſt zu nieſſen und zu verwalten/gefolgt. fit tamen id vel καταχρηστικῶς: ſiquidem propriorum negotiorum propriè non adminiſtratio eſt, ſed moderatio, arbitrium, *l. 21. C. mand. §. 1. I. de jur. perſon.* vel ſanè in relatione ad supereminens (ſi tale cum Hornio ſtatuendum: vi cujus, præter ſummum Principem, ſubditorum nullus, quid proprii habet, ſed omnia ipſius, non imperio tantùm, ſubſunt, ſed etiam proprietati. Conf. *Dn. D. Oſiand. in not. ad Grot. lib. 1. c. 1. ad th. 6.*) dominium. Propriè a. alienis rebus & negotiis, adeoque magis frequenter, applicatur hoc vocabulum. Ita apud Ciceronem deprehenditur hinc inde: adminiſtrare bellum, civitatem, rem familiarem, rempubl., leges, judicia. In jure adjungitur in genere negotiis alienis. *l. 8. pr. & t. t. ff. de Neg. geſt. §. 1. I. de obl. quæ quaſ. ex contra.* peculio, *l. 7. pr. ff. de donat.* rebus pupillaribus & curandorum. *t. t. ff. & C. de adm. tut. & cur.* tutelæ aut curæ eorundem. *l. 2. l. 4. C. de hered. tut.* rebuspublicis. *t. t. C. de admin. rerumpu.* ad civitatem pertinentibus. *t. t. ff. de adm. rer. ad civ. pert.* magiſtratuum officiis. *Nov. 95.* ubi rubrica de adminiſtratoribus. Ita Epiſcopatuum Adminiſtratores dicuntur. Sed moribus in Epiſcopatu, ubi religio Catholica mutata, illi Epiſcopi, qui vel maritati ſunt, vel aliam ſimilem ob qualitatem haud eligibiles, Poſtulati Epiſcopi vel Adminiſtratores vocantur: Beſold. *theſ. pract. voc.* Poſtulirter Biſchoff. hîc verò rebus liberorum adventitii regularis peculii. Denotat autem vim ac poteſtatem verſandi circa res alienas, perinde, ac dominus vel ſuperior id in commodum ſuum faceret. *d. l. 7. pr. l. 28. in f. ff. de pact. l. 1. §. 1. ff. quæ res pign. l. 3. §. 8. ff. de don. int. vir. & ux.*

Synonymia. Alio nomine à Dd. ſolet vocari Gubernatio. *l. f. §. 1. C. de b. q. l.* Enenck. *tr. de privil. par. priv. 4. c. 4. n. 1. & 9.* Ant. Faber. *in C. lib. 2. tit. 35. def. 10. num. 7.* Gubernium Patris. Borgn. Cavalc. *p. 2. decis. 11. n. 14. in ſummar.* Verwaltung und Nieſſung dero/denen Kindern eigenthumblich zugehöriger/Güter. J. P. Wirt. *p. 2. t. 8. §.* ebenmäſſig. *fol. 282.*

II.

Item vocis Legitima. *Legitima* verò vocatur non tam formaliter, quàm à cauſa deferente, proxima & immediata, quæ non factum hominis, ſed lex eſt. *l. 1. C. de bon. mat. rubr. & t. t. C. de b. q. l.* Licet enim quis, bona adventitia liberis alicujus relinquens, expreſsè patrifam. adminiſtrationem eorundem conferret, ſuperflua tamen foret hæc collatio poteſtatis, ipſa juris conditione & conſtitutione jam collatæ. *arg. l. 3. C. de fidejuſſ.* Expreſſio ſiquidem ejus; quod tacitè ineſt, nihil operatur, nec novam dat formam, per

col-

collecta à Barbos. *loc. voc. expreſſum. ax. ult.* Quamvis verò, inter legitimos adminiſtratores, illos etiam, qui per decretum judicis ſunt conſtituti, referat Sichard. *ad auth. quod obſervari. n. 2. C. de jurej. pr. calumn.* non tamen illud alio ſenſu fieri poteſt, quàm quo tutela matris in Codice, *np. l. 6. C. ad SCtum Tertull.* legitima dicitur; ſc. non ratione cauſæ deferentis, ſed modi ſuſcipiendi, *l. 6. C. in quib. cauſ. pign. vel hyp. tac. contr.* quòd jure legitimo, ut alibi textus loquuntur, *in l. 4. §. f. ff. de fidej. tut. l. f. C. de teſtib.* ſuſcepta ab eo; qui per leges deferendi poteſtatem habet. Atque hinc dicitur *Legitimus Adminiſtrator*, cujus ap. Dd. in hac materia mentio occurrit frequentiſſima.

III.

Nec non vocis Adventitiorum.

Adventitiorum ſub nomine intelligimus *bona*, ſeu peculium illud liberorum f. *rubr. & t. t. C. de b. q. l.* quod eodem indigitatur: compoſitô ex præpoſitione AD, & verbi venire ſupinô *Ventum*; unde ventitium: adventitium: eſtque ſpecies peculii pagani, ſeu ejus, quod filiis f. non in militia ſagata vel togata, aut ejus occaſione (militare in genere dictum, diviſum in Caſtrenſe & quaſi Caſtrenſe,) ſed extra eandem, acquiritur, & oppoſitivè ſumitur ad profectitium, (qui terminus *in l. 5. pr. l. 81. ff. de jure dot.* deprehenditur,) quod ad liberos pervenire dicitur, ſeu proficiſci ad eoſdem ab intra: ex re patris f., quodve voluntate ejuſdem merâ, ex uſitata in Rep. Rom. conſuetudine, tenent. *l. 28. ff. de reb. auth. jud. poſſ. junct. l. 5. §. 3. l. 8. ff. de pecul.* & quod pater augere, minuere aut adimere poteſt. *l. 4. pr. ff. eod.* Cùm econtra adventitium aliunde, quàm ex re patris f. aut ejus intuitu, & ſic extrinſecùs, ut loquitur *l. 6. pr. l. 8. pr. C. de b. q. l.*, np. ex matrimonio fortè, aut aliàs. *rubr. C. de b. q. l. d. l. 28.* non ex uſitata quondam conſuetudine, ſed novis Imperatorum conſtitutionibus: etiam contra patrisfam. voluntatem: ad eoſdem promanat, & in eorum dominium tranſit. Et ſic ex parte ita dicitur, ut, in ſimili, caſus adventitius. *l. 6. ff. qui & à quib. man.* adventitium lucrum, *l. 41. §. 1. ff. de R. I. l. 4. §. 1. ff. de manum.* Quæ quidem peculiorum appellationes magis Doctorum & Juris Interpretum ſunt, quàm ipſarum legum: quamvis hæ res iisdem ſuppeditent. Quod autem hoc peculium univerſitas etiam ſit, perinde, ut patrimonium liberorum hominum, jura & actiones, *l. 49. ff. de V. S. l. 30. §. 1. ff. ad SCtum Treb.* commoda & incommoda, continens. *arg. l. 3. pr. ff. de b. poſſ. l. 7. §. 4. & ſeq. arg. l. 9. §. 2. & ſeqq. ff. de pec.* non habet dubium. Hujus materiæ *Sedes* potiſſima eſt in Cod. lib. VI, tit. pen. inſcripti: *de bonis, quæ liberis, in poteſtate patris conſtitutis,*

Materiæ Sedes.

Digitized by Google

tis, & eorum adminiſtratione, parte poſteriori. quo etiam *pertinet l. 1. & t. t. C. de bon. matern.*

IV.

tum Rei. Eſt autem LEGITIMA ADVENTITIORUM ADMINISTRATIO vis ac poteſtas, patrifam. ad liberrimè adminiſtrandum bona liberorum fam., in quibus uſumfructum habet, Imratorum conſtitutionibus data. Quæ ipſa definitio ex ſubſequenti cauſarum tractatione ſuam accipiet lucem. *Divſionem* hujus administrationis nullam deprehendimus.

An ejus Diviſio? Videri poterat, dividi eam poſſe in *Neceſſariam*, quam ſc. ſubire cogitur ex ſuppoſitione uſusfructûs competentis: & *voluntariam*, quam in caſu irregularis adventitii, liberis nondum majorennibus, ſuſcipere, ſi vult, Romano jure poteſt. *l. 7. pr. C. de cur. fur. ubi Dd.* Verùm quòd hæc diviſio foret diſtinctio æquivoci in ſua æquivocata, patebit ex dicendis infra th. 10.

II. Specialis *Tractatio. in qua conſideratur ut* I. Conſtituenda.

V.

Vis hæc ac poteſtas, liberrimè adminiſtrandi liberorum bona talia, vix eſt, ut *naturalibus principiis* acceptò ferri queat. Certè non directò exinde fluit; nec ſpecificè. Nam cùm naturâ liberi dominii, in res varias acquirendi, licet imperfecti adhuc ſint judicii, capaces tamen ſint: uti rectè exponit Grot. *de I. B. & P. lib. 2. c. 5. num. 2.* cur non etiam capaces hoc jure eſſent uſusfructûs eorundem? & ſi jam judicium eorum ætate maturuit, utut adhuc ſubſunt Parentum imperiis, cur non etiam administrationis, quæ ad minimum non habet aliquid ad ſtatum familiæ parentum momenti? Conf. Dn. Ziegl. *ad Grot. d. l.* Ex ſuppoſitione tamen Civilis Legiſlationis de uſufructu & adminiſtratione, parenti concedenda, generalia præcepta jus naturæ ponit, eidem menſuram genericam tribuentia: ex *parte* quidem *Parentis* amorem erga liberos implantando, inculcandoque: cujusmodi affectus in patre tantus eſt, ut alius nullus eum vincat. *d. l. 7. pr. C. de cur. fur.* adeò, ut plùs diligat filium, quàm ſeipſum. *l. 8. §. f. & ibi Gloſ. ff. quod met. cauſ. §. f. I. de nox. act.* Joh. Schneidew. *apoſt. in Cod. d. t. n. 9.* adeoque omnem curam parentibus imponendo pro liberis, eorumque bonis: quæ quippe alter quaſi cujusque ſanguis ſunt. *l. 4. ff. de agn. & al. lib.* qui ob id omnia liberis ex voto parant. *l. 15. ff. de inoff. teſt. l. 7. ff. und. lib.* Carol. Molin. *ad conſuet. Paris. tit. de fiefs §. 46. Gloſ. 1. in verb. le gardien. n. 1.* Ex parte verò *Liberorum* reverentiam erga adminiſtrantes parentes exigendo. *l. 2. ff. de I. & I. l. 13. ff. de in jus voc. l. 9 ff. de obs. par. & patr. præſt.*

[Margin: *Ubi oſtenditur ejus Cauſa* Efficiens. Principalis Remota. *Quid ad eandem tribuat* Natura? *Ubi de Patris affectu.* Liberorum *eidem debitâ Reverentia.*]

pie-

pietatis rationem injungendo, *l. 1. pr. & §. 1. l. 10. ff. eod.* obedientiam & obſequium jubendo. *t. t. ff. eod.* Religioſè Conſtantinus *in l. 28. C. de inoff. teſt. Obſequium debitum liberi jugiter, prout ipſius naturæ religio flagitat, Parentibus adhibere debent.* Neq; vel ſiniſtrâ ſaltem ſuſpicione contaminandus eſt ille parentum affectus: ſive hoc fiat per ſatisdationum, ſive per adminiſtrationis rationum, exactiones: ſive aliâ ratione: cùm gemina parentes in liberos pietate, ut Gloſſa haud ineptè loquitur, allegante Pinello, polleant. Hinc multa adminiſtrationis hujus reverentiæ paternæ tributa eſſe, colligimus *ex l. f. §. 4.* ibi: *paternâ reverentiâ eum excuſante & à ratiociniis, & à cautionibus, & ab aliis omnibus, quæ ab uſufructuariis extraneis à legibus exiguntur. C. de b. q. l. & arg. d. l. 7. pr. C. de cur. fur.* & notat Perez. *in C. de bon. quæ lib. n. 10.* ibi: *Hoc datum Paternæ reverentiæ.*

VI.

Quare, uti ipſa patria poteſtas Juris Civ. Rom. eſt, *§. 2. I. de patr. pot. l. 8. pr. ff. de his, qui ſui.* & Civium quidem Rom. propria. *d. §. 1. l. 3. ff. eod.* formaliter eam conſiderando. Frantzk. *2. exercit. in coroll. ſeu auctuar.* H. Hahn. *ad Wes. ff. de his, qui ſui vel al. jur. n. 2.* Add. Enenck. *tr. de parent. & lib. priv. priv. 1. cap. 6.* Sic etiam hæc ipſa bona liberorum f. adventitia adminiſtrandi ratio. Quæ tamen vis ac poteſtas tum demum in imperio cœpit, cùm liberi, in poteſtate patria conſtituti, extra militiæ reſpectum etiam inciperent habere bona propria, primis Reip. Rom. temporibus ipſis, uti ſervis, *l. 1. ff. ſi à par. quis man. l. 10. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. 62. ff. de V. O. §. 3. I. per q. perſ. nob. acq.* denegata: cùm patrifamil. plenè fuerint acquiſita, quæ ab ipſis acquiſita. *l. 1. l. 53. ff. de A. R. D. §. 1. I. per quas perſon. nob. acquir.* & ejus mero arbitrio: uti quondam ipſa liberorum perſona ad jus vitæ & necis uſque, *l. 11. ff. de exhered. lib. l. fin. C. de patr. pot.* ſubjecta. *d. §. 1.* Quibus ipſis temporibus ob id hujus adminiſtrationis non potuit eſſe uſus, ſed patresfam. à liberisfam. acquiſita omnia ſuis accumularunt bonis, iisque uti & abuti potuerunt pro lubitu: uti ſuis rebus. *arg. l. 25. §. 11. ff. de her. petit.* ac moderari eadem liberrimè. *arg. l. 21. C. mand. d. §. 1.*

Propinqua. *Legiſlationis de hac Adminiſtratione* Ortus *Negativè.*

VII.

Ex quo verò patria poteſtas reſtringi cœpit etiam in acquiſitis à liberis f. extra militiam, eorundem proprietatem patribus fam. ſubducendo, uſufructu tantùm iisdem relictô, ex eo etiam vis hæc ac poteſtas, bona hæc adminiſtrandi, in imperio formari cœpta, & patribus f. conceſſa

Poſitivè. Enumerantur

eſt.

eſt. Factum hoc fuit 1.) à Conſtantino Imperatore: ſed tantùm in bonis maternis ad liberosfam. à matribus, ex teſtamento vel ab inteſtato, delatis. *l. 1. l. 4 C. de b. mat.* Verùm cæteris bonis omnibus, à liberisf. acquiſitis, priſtino patriæ poteſtatis rigori relictis adhuc, ex eorum cumulo porrò 2.) Arcadius & Honorius Impp. *in l. 2. C. eod.* ſegregarunt bona alia, ſed tantùm illa, quæ ex linea materna ad liberos, in poteſtate conſtitutos, veniunt. Quorum exemplum ſecuti 3.) Valentinianus & Theodoſius Impp. *in l. 1. C. de bon. quæ lib.* idem cum bonis nuptialibus, ſeu quæ conjuges, in patria poteſtate conſtituti, ſibi quocunque titulo conferunt, aut transmittunt, à patref. tamen non accepta, *l. 2. C. eod.* conſtituerunt. Quam conſtitutionem, de nuptialibus bonis loquentem, Leo & Anthemius Impp. benignâ interpretatione *in l. 5. C. eod.* factâ 4.) extenderunt ad liberorumfam. bona quaſi nuptialia, ſeu quæ ſponſus & ſponſa ſibi conferunt. Ita hactenus leniri in his cœpit ſevera liberorum conditio. Sed cùm exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis, exemptio quoad proprietatis rationem bonorum horundem, nempe maternorum, materni generis, nuptialium, & quaſi nuptialium, à poteſtate patria, & ſubjectio eorundem patri unà facta, quoad uſumfructum & hanc adminiſtrationem noſtram, cætera ad liberos, in ſacris paternis conſtitutos, non ex re patris venientia, bona omnia eò firmiùs priſtino rigori reliquit. Donec tandem, æquitatis ac juſtitiæ patronus religioſiſſimus, Juſtinianus, qui omne, quicquid inhumanum ipſi videbatur, reſtaurabat, liberis parcendo & parentibus debitum honorem reſervando, noviter ſancivit, ut, quicquid liberi ex alia cauſa, quàm ex re patris, acquirerent, omnia aliâ bonorum differentiâ ſublatâ, ejus uſumfructum quidem Patrif. quærerent, dominium a. penes eosdem remaneret: ne, quod ſuis laboribus quæſiviſſent, vel proſperâ fortunâ iisdem acceſiſſet, hoc, in alium proveniens, luctuoſum eis procederet. *d. §. 1. I. per q. perſ. cuiq; acq. l. 6. pr. C. de bon. quæ lib. l. f. C. de collat.* Atque ſic, quò latiùs per Juſtinianum, quoad hoc objectum, immutata fuit patria poteſtas, eò ampliùs objectivè extenſa fuit hæc adminiſtrandi vis, incognita ante hæc Imperatorum tempora (ut extantia in ff. JCtorum monumenta facilè produnt. vid. prolixè Pinell. *ad l. 1. C. de b. m. part. 1. n. 9. & ſeqq.* ubi contrarium ſtatuentes improbat. & Giph. *ad l. 6. C. de b. q. l.*) per eos autem introducta, & tandem à Juſtiniano ita producta. Pater itaque adſtrator eſt ex lege. Bach. *ad Tr. v. 2. diſp. 17. th. 2. lit. H.*

[Margin: Imperatores, ejus legulatores. 1. 2. 3. 4. *Maximè* Juſtinianus.]

VIII. Cau-

VIII.

Efficiens Minus Principalis. Impulsiva Remotior

Cauſa *Impulſiva* pleniſſimæ hujus adminiſtrationis, ita concedendæ, longè alia hîc eſt, quàm in adminiſtratione rerum, ad minores pertinentium, Tutoribus & Curatoribus conceſſa. *Non* hîc ex parte liberorumſam. fragile & infirmum ex ætate, multis captionibus ſuppoſita, multorum inſidiis expoſita. *l. 1. pr. ff. de minor.* judicium: ut ibidem, 1.
reſpicitur. non obſtante, quod *in l. f. §. 5. vers. meliùs. C. de b. q. l.* de caloribus juvenilibus dicitur. Etenim licet vel maximè prudenter res proprias adminiſtrare poſſent, & propter longam ætatis ſeriem optimè rebus ſuis ſupereſſe; non tamen propterea vel patrif. hæc adminiſtratio non permitteretur, aut permiſſa quondam, in illa ætate, adimeretur, ubi majores facti. *Non* reſpicitur ſolum obſequium & reverentia ſuſcipien- 2.
tibus eandem à liberisf. debita. Quatnvis n. poſt Deum major veneratio, quàm parentibus, nemini debeatur. *l. 2. ff. de I. & I. l. 6. l. 13. ff. de in jus voc. l. 9. ff. de obs. par. & patr. præſt.* tanta tamen hæc obligatio in Imperio Rom. non eſt, ut propterea liberi parentibus bonorum ſuorum adminiſtratione cedere teneantur, tanquam ſolidum perfectumque eorum dominium iisdem acquiſitum eſſet: uti hæc noſtræ adminiſtrationis eſt natura. *d l. 1. C. de bon. matern.* *Non* ex parte ſuſcipientis nudus affectus: 3.
quem erga liberos Parentibus, ut dictum, ipſa natura, ad proſpiciendum liberis de his, quæ ad vitam humanam ſunt neceſſaria. de quo Grot. *2. de I. B. & P. c. 7. n. 4.* implantavit. Aliàs enim pater emancipator, filii minorennis bona adminiſtrans, de noſtri adminiſtratoris ſorte eſſet: quod non eſt. Aliâs & matri & aliis parentibus, quos idem affectus commendaret liberis, adminiſtratio hæc competeret; quod iterum non eſt, ut paulò pòſt maniſ. ſtabitur.

IX.

Poſitivè nempe Patria poteſtas cum Uſusfructûs Jure conjuncta. Cur Patria Poteſtas?

Sed, ut legislatores hanc vim ac poteſtatem concederent, conciliavit patria poteſtas. P. Paris. *v. 4. conſil. 157. n. 21.* Aſc. Clemens *de patr. poteſt. c. 17.* Beſold. *delib. jur. lib. 2. ff. quæſt. 20.* cum uſusfructûs tamen jure in bonis hiſce conjuncta. *d. l. 1. C. de b. matern. d. l. f. §. 3. & 4. C. de b. q. l.* pòſt Bart. Bald. P. Paris. *d. l. n. 15. 32. & 43.* Pinell. *ad l. 1. C. de b. m. p. 2. n. 30.* Steph. Grat. *decis. 76. n. 4. & ſeqq. maximè 9.* P. Heig. *2. q. 12. n. 12.* Beſold. *in delib. d. l.* Patria quidem poteſtas ideò, quòd legislatores crederent, eum, cui totius familiæ cura, propter optimum, quod pietas paterni nominis pro liberis capere præſumitur, conſilium. *l. 7. pr. C. de cur. fur. l. 22. §. f. ff. ad L. Iul. de adult.* Jos. Ludov. *decis. 13.*

n. 11.

n. 11. adverſus quem nulla circumventionis ſuſpicio poſſit aliquam ſibi vindicare licentiam. *l. pen. pr. verſ. neque enim.* C. *de adopt.* Maſcard. *de probat. concl. 570. n. 2.* Beſold. *delib. Iur. d. l.* nec veriſimile, eum quicquam contra pietatis officium facturum. Perez. C. *de b. m. n. 5.* cui, inquam, tanquam capiti & Principi, commiſſa à legibus eſſet: cujus verecundiæ prudens antiquitas merum & abſolutum, non in res tantùm, à liberisfam. acquiſitas, ſed & in eorum perſonas & corpora. *l. 11. ff. de lib. & poſth. l. ſ.* C. *de patr. pot.* permiſiſſet arbitrium: qui non tantùm ex voto, affectione & inſtinctu naturali benè vellet liberisfam. *d. l. 7. ff. unde lib. l. 30. in f.* C. *de fideicom.* ſed inſuper etiam ſuæ familiæ honorem & incrementum appeteret, per Abbat. Boer. Phil Knipſch. *tr. de fideicom. fam. nobil. c. 6. n. 92.* eum, inquam, res liberorumf. proprias ita adminiſtraturum eſſe, ut ipſius fam. ratio & commodum exegerit. Et ſic propter ſingularem, in eo collocatam, fiduciam hoc factum: Giph. *ad l. cum oport. 6.* C. *de b. q. l. p m. 217.* Debiliores tamen hæ fuerunt præſumptiones. Quare alia adhuc acceſſit, ex eo nempe, quòd, cùm bonorum horundem fructus omnes ad Patremf. pertineant, & mero ipſius dominio adjiciantur. *d. l. 6. §. 2.* C. *de b. q. l.* Perez. C. *eod. n. 9.* probabile haud ſit, eum velle uſumfructum ſuum diminuere. *arg. l. 25. pr. verſ. qui n. ff. de probat.* Siquidem, teſte Livio, *lib. 4.* ibi maximè labor impenditur, unde emolumentum vel ſperamus, vel jam habemus. Eleganter Fachin. *6. controv. cap. 40. verſ. tertiò. Lex confidit multùm de patris prudentia, quoniam ipſius patris intereſt, ut res filÿ, tàm mobiles, quàm immobiles, conſerventur, & ſi fieri poſſet, non alienentur: quia & ipſe pater in his habet uſumfructum: quamobrem non dubitat lex, quin alienatio, à patre facta, in utilitatem filiorum ceſſura ſit.* Pariter reſpondet J. P. Surd. *conſil. 451. n. 29. Patris fides probatur ratione proprÿ commodi, quod ita utilitati filÿ conjunctum connexumq́ eſt, ut nullum filiis detrimentum irrogari poſſit, quod non eſſet quoque commune cum patre, ex quo patri quæritur uſusfructus.*

Cur Uſusfructus?

X.

Atque ſic præſumtio, ex commodo proprio deſumta, rem tandem abſolvit. Tiraq. *ad l. ſi. unquam. in præfat. n. 29.* C. *de donat.* Joh. Gœdd. *vol. 1. conſ. Marpurg. 27. n. 10.* Cujusmodi præſumtionum concurſus facilè Legiſlatorem in Liberrimæ Adminiſtrationis conceſſionem perducere potuit. Aſcan. Clem. *de patr. poteſt. c. 17. n. 8.* Pinell. *d. p. 2. n. 27.* ut meritò Lex erubuerit, caſtigatores liberos genitoribus parentibus ſtatuere in hac adminiſtratione, ut religioſè rationatur Juſtinian. *in Novell.*

vell. 22. c. 24. verſ. erubeſcit n. lex. ſed eos ab ejusdem perſcrutatione æquiſſimè repulerit. *l. 8. §. f.* C. *de ſec. nupt. d. l. 6. §. 2. d. l. f. §. 4. verſ. hoc procul dubio.* C. *de b. q. l.* Ex quo eſt, quòd multò minùs ſuſpecta patris adminiſtratoris noſtri, quàm tutoris, fides eſſe debeat. poſt Boër. Bald. Corn. A. Fab. C. *de b. q. l. def. 3. n. 4.* & quòd plùs juris habeat in bonis filii, quàm tutor in pupilli. Idem *Cod. lib. 3. tit. 36. def. 10 n. 10.* Sed & argumentum, ab uſufructuario vulgari, ad poteſtatem patrisf. uſufructuarii & adminiſtratoris horundem bonorum, non ſit perpetuum. Brunn. *ad l. 1.* C. *de b. m.* potentior enim hic uſusfructus eſt. Pinell. *ad l. 1.* C. *de b. m. p. 2. num. 16. & ſeqq.* Quare ut hanc adminiſtrationem quis vindicare queat, duo hæc fundamenta copulativè requiruntur: alterum ſine altero non ſufficit. Tiraquell. & Gœdd. *dd. ll.* Stephan. Gratian. *decis. 76. num. 9.*

Fundamenta hæc copulantur.

XI.

Controverti quidem hoc inter Dd. non leviter ſolet: *An, non obſtante eo, quòd patrif. in adventitiis quibusdam uſusfructus ſit à lege ademtus, vel prohibitus ab homine, e. g. teſtamentô matris, ſi tamen non etiam ademta adminiſtratio, eandem ſubire queat, & ſic legitimus ſit adminiſtrator?* Supponimus autem alium curatorem ab adimente uſumfructum non eſſe conſtitutum filio tali, heredi inſtituto, uti poteſt id fieri aliàs. *Nov. 117. c. 1.* Mev. *part. 7. decis. 356. n. 7.* tunc enim omnino pater repellitur ab adminiſtratione. Quanquam idem Mev. *d. l. n. 9.* putat, quòd tunc nihilominus inſpectio adminiſtrationis patrif. integra ſit, ſcil. ratione ſui intereſſe & futuræ ſucceſſionis: cujus virtute tutor ipſi inventarium & rationes communicare teneatur, ipſeque de iis, quæ perperam fiant, monere, & emendationem petere queat. Quod aſſertum nos in medio relinquimus. Ad quæſtionem ergò reſpondendo deprehendimus, alios hoc ipſum negare, ex ratione, quòd adminiſtratio hæc ſit patriæ poteſtatis effectus: quos refert Hodiern. *ad l. hac edictali. q. 3. n. 4.* Communiter tamen diſtinguunt 1. ratione ſubjecti liberorumf. & in eo, qui imperfectæ adhuc eſt ætatis, aut aliàs propter furorem rebus ſuis præeſſe non poteſt, id affirmant, propter *l. 7. pr.* ibi: *indubitatè curatorem habere non poteſt, quia ſufficit ei ad gubernationem rerum paterna verecundia.* C. *de cur. fur.* Carpz. *l. F. p. 2. c. 10. d. 11.* Verùm talem adminiſtrationem ab hac noſtra & eſſentiâ, & fine, & naturalibus, differre, & ſic aliam eſſe, vel ex ipſo Carpzovio *d. l. n. 9.* facilè eſt colligere. Conf. Perez. C. *de b. q. l. n. 11.* Hodiern. *d. l. n. 2.* Rittershus. *in expoſ. Nov. p. 8.*

Q. An Vſufructu Patriſam. ademtô, ademta etiam ſit Adminiſtratio hæc?

c. 8. Add. Jos. Lud. *decis. 13. n. 6. & 8.* In hoc Ducatu Wirtenb. curator tunc liberis conſtituendus, per text. in J. P. Wirtenb. *p. 4. tit. 9.* §. Wo auch. *in fin.* ibi: Soll es darbey gelaſſen/ und ihrem noch lebenden Vatter und Mutter derſelben Nießung nicht gefolgt/ ſondern den Kindern durch Verpflegung zu ihren Eintrag gerichtet werden. *fol. 461.* Porro & 2.) quod perfectæ ætatis liberosf. attinet, diſtinguunt alii ratione objecti: utrum nempe bona adventitia talia ſint, ut cùm uſufructu, patri ademto, non etiam ſimul ademta ſit omnis commoditas, quàm aliàs, ſi id non factum, habeat. *arg. l. 12. §. 5. vers. quanqu. l. 17. ff. de uſu & hab.* nec, ut explicat Joh. Bapt. Hodiern. *ad l. hac edictali. quæſt. 3. n. 16.* fructus illius uſusfructûs, & affirmant etiam, monentes propterea cum Aretino *ad §. 4. I. per q. pers. nob. acq. col. pen. vers. ſed tu adverte. n. 5.* ut, ſi nolimus, quòd patri aliquid quæratur, patri & uſus fr. & commoditas prohibeatur. ante quem Aretinum jam hanc, de commoditate, ſententiam tenuit Gloſſa *ad auth. idem eſt. C. de b. q. l.* quanquam dubitanter. ibi: *vel fortè hoc caſu pater habet uſumfructum.* It. Bart. *in l. f. in f. C. de uſufr.* nec non Angelus *in l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acq. poſſ.* Vid. Paris. *d. l. n. 5.* Steph. Grat. *d. l. n. 13.* & latè integra quæſtione defendentem Hodiern. *d. l.* ubi, quòd reſpectu commoditatis hujus pater ſit legitimus adminiſtrator, communem eſſe Dd. ſententiam, plurimorum autoritatibus adductis, oſtendit & ſequitur. & *ad decis. Surdi 179. n. 15.* Statuuntque, ob id filio bonorum horundem adminiſtrationem interdictam eſſe, nec ea alienare poſſe. Paris. *d. l.* Verùm cùm in caſu, quo uſusfructus adventitiorum, ad patremf. aliàs ex lege pertinens, eidem ademtus eſt, de tali commoditate, patrif. nihilominus acquirenda, nil norint jura noſtra. Perez. C. *de b. q. l. n. 4.* quin imò abſolutam inter vivos diſponendi de his bonis facultatem liberis tribuant, *arg. d. l. f. §. 5. Nov. 117. c. 1. §. 1.* omnem acquiſitionem patri denegent. *d. l. f. §. 5.* & quodlibet penitus participium. *d. Nov. 117. c. 1. pr.* non eſt cur hanc diſtinctionem comminiſcemur. Hippol. Riminald. *ad §. 1. I. per q. pers. nob. acq. n. 131. & ſeqq. ubi latè.* Aſcan. Clem. *d. tr. de p. p. c. 7. n. 44.* ubi veritatem prioris in dubium vocat. Steph. Grat. *d. l. n. 15. & ſeqq.* Pet. Heig. *p. 2. qu. 12. n. 16.* Sed ſimpliciter dicendum, patremf. eam non habere. Ant. Faber *lib. 6. C. t. 33. def. 6. n. 1.* Mev. *part. 7. decis. 356. n. 4.*

XII.

Quid, ſi pater renunciat uſuifructui?

Arbitramur tamen in caſu, quo ipſe paterfam. uſumfructum, ex lege ſibi competentem, nec hominis diſpoſitione ſibi ademtum, proprio mo-

tu, ex ſua liberalitate, remitteret filiof. (quod omnino poteſt, *l.* 6. §. 2. *C. de b. q. l.* Schneidw. *ad* §. 1. *I. de donat. n.* 70.) adminiſtratione retentâ, quòd tunc, causâ ſuſpicionis ceſſante, eidem denegari nequeat. Vid. Riminald. *d. l. n.* 101. Steph. Grat. *d. l. n.* 19. *& ſeq.* Hodiern. *d. l. n.* 11. *& ſeq.* Dn. Brunnem. *ad auth. excipitur. C. de b. q. l.* Quod tamen ſecùs foret, ſi ceſſio uſusfructûs fuiſſet facta cum tractatu quodam, & id actum, ut adminiſtrationi paternæ bona ſimul ſubducerentur. Sic &, ſi filius talis perfectæ eſſet ætatis, & vel in toga vel ſago ſeparatim à patre vitam tranſigere, aut aliàs proprium larem, focum & ignem fovere inciperet: tunc enim non eſſet cauſa, cur adminiſtrationem porrò prætenderet, Pari ratione & ſi nollet conſentire filio, hereditatem ſibi relictam, in qua uſumfructum habere pater poſſet, adire volenti: aditæ nihilominus utut non uſufrumctum, adminiſtrationem tamen haberet legitimam, ſi filius nondum perfectæ eſſet ætatis. Perez. *C. de b. q. l. n.* 11. ſc. quia tunc nec lex, nec teſtator, patrem ſuſpectum habet. Id. *d. l.* Reverâ enim in his caſibus uſumfructum quoad actum primum habere videtur, actu tantùm ſecundo abdicato. Vid. Cæs. de Graſſis, *decis.* 150. *num.* 6. Dn. Brunn. *ad d. auth. excipitur.*

XIII.

Atque hæ fuere cauſæ Legislationis Rom. in hoc juris puncto: quæ propterea adminiſtrationem hanc patrifam. ipſo jure detulit, ita ut non opus habeat, ad eamdem ſuſcipiendam & conferendam, decretô magiſtratûs. poſt Camill. de Medic. *conſ.* 99. *n.* 53. *& ſeq.* Joh. Bapt. Hodiern. *ad decis. Surdi* 179. *n.* 15. *& ſeq.* Beſold. *delib. jur. lib.* 2. *ff. qu.* 20. Quam ipſam etiam expreſſis ſanctionibus receperunt hinc inde Status Imperii. Ita in Saxonia extat Conſtit. Elect. *part.* 3. *t.* 25. hoc referens. §. Wenn aber der Vatter. his verbis: So allein die Verwaltung / und Abnutzung in der Kinder Mütterl. Gütern / adminiſtrationem & uſumfructum hat / &c. Quæ quidem de maternis tantùm bonis concepta eſt: verùm, quòd in foro Sax. generali conſuetudine etiam de reliquis liberorum bonis hoc ita ſit, teſtatur ex Landrecht. *lib.* 1. *art.* 11. Ben. Carpz. *in l. F. p.* 2. *conſt.* 10. *def.* 7. *n.* 3. poſt And. Rauchb. 1. *quæſt.* 30. *n.* 33. & alios hujus juris Scriptores. Et, quòd jure patriæ poteſtatis hoc ita introductum ſit, defendit idem Carpz. *d. p.* 2. *conſt.* 10. *d.* 13. *n.* 7. Agnoſcunt etiam Statuta Civitt. Impp. Vid. *Reform. Francof. p.* 7. *t.* 2. §. 8. ibi: So bleibt er ſeiner ehelichen Kinder und deren Güter rechter Vormunder und Adminiſtrator in Krafft ſeines väterlichen Gewalts. Jure Wirtenb.

Jus hoc recentioribus hinc inde firmatum Sanctionibus.

Quid Wirtenb.?

tenb. cùm præter reverentiam, parentibus debitam, in bonis liberorum jus uſusfructûs onus educationis eorundem meruerit, non patria poteſtas. Dn. Lauterbach. *differ. Iur. Civ. & Wirtenb. p. 4. L. R. tit. 9. num. 3.* commune propterea utrique parenti, matri & patri: utrique etiam parenti horundem bonorum (cùm etiam liberi commune conjugum bonum ſint, ac pars viſcerum matris & affectûs, *per l. 8. §. 3. & ibi Dd. ff. q. met. caus.*) ſed tantùm (exceptis tamen à patre aut matre provenientibus, in quibus jus commune in hoc ſervatur. Jure Provinc. Würtenb. *d. p. 4. t. 7.* §. und was. *& t. 8.* §. was dann.) usque ad liberorum ætatis, juxta *d. t. 9.* §. was aber. annum viceſimum quintum, aut usque dum matrimonium contrahunt, competit hæc noſtra, paterno maternoque affectui, hoc ſtatutario jure, commiſſa adminiſtratio. J. P. W. *d. l.* ibi: zu nieſſen und zu verwalten. it. zu nutzen und nieſſen / in handen gelaſſen werde. *&* §. *ſeq. & t. ſeq. 11. v.* Wofern aber. ibi: zu ſolcher Zucht der Kinder / und adminiſtration derſelben Güter nicht taugenlich. Cum hoc Wirtembergico jure maximam affinitatem habet Ulmenſe Statutum. Vid. Ord. Ulm. *p. 1. tit. 3. & ſeqq.*

XIV.

Cauſa ejus Suſcipiens ex parte adminiſtrantis Patris Voluntas.

Hæc de cauſa hujus adminiſtrationis Efficiente, facultatem hanc introducente & concedente. Quantum ad Suſcipientem cauſam, voluntas patrisf. ad ejus ſuſceptionem eſt neceſſaria. Quanquam enim aliàs tutela & cura, quia ſunt munus publicum, *pr. I. de excus. tut.* invitis etiam imponi poſſunt: non tamen invito patrif. hæc adminiſtratio obtruditur. Quam ut ultroneè ſuſcipiat, leges eandem tam pleniſſimâ libertate informare voluerunt. Perez. *C. de b. q. l. n. 10.* Quòd ſi enim noluerit res has ſibi acquiri uſusfructûs jure, aut detinere ampliùs ac gubernare, ipſe filiusf. vel filiaf., ſi plenæ ætatis eſt: & ſic conſilia ejus legitima ætas firmat, moderationem & arbitrium rerum habet liberum; ſin autem imperfectæ adhuc ætatis eſt, curator ipſi à Magiſtratu dandus eſt. *l. f. §. 1. maximè vers. nolente autem patre res filii gubernare propter cauſa neceſſitatem. C. de b. q. lib.* Add. *l. f. §. 2. & 3. C. de ſent. paſſ.* Perez. *C. d. l. n. 9.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 6. t. 33. def. 11.* ubi addit *n. f.* quòd interdum ad certum actum curator, patref. in adminiſtratione conſtitutô, filiof. dandus ſit, ut: ſi paterf. adverſus eum, paterni debitoris hæredem, actiones exercere velit. Verùm, ſi commoda uſusfructûs vellet retinere, & vel ipſi filio, vel alii obtrudere adminiſtrationem, hoc ipſo contra naturalem æquitatem faceret. *§. un. I. de leg. patr. tut.* non ferendus, ſi ad eandem habilis.

Cæte-

Cæterùm ad ej⁹ ſuſceptionem Liberorum conſenſu haud quia quam opus eſt patrif. Poteſt is iis invitis adminiſtrare. Aſc. Clem. *de patr. pot. c. 17. n. 1.* Enenck. *priv. 4. c. 4. num. 17.* Monticul. *de patr. poteſt. n. 11.* Vinc. Honded. *vol. 2. p. 2. conſult. 19. num. 12.* Nec debent liberi eundem ullo modo in adminiſtratione hac impedire, aut turbare. *d. l. 6. §. 2.* adeò, ut, ſi hoc auſi fuerint, patria poteſtas in eos exercenda ſit. *d. l.* nec ulla filiis, vel quibuslibet, ex perſona eorum, contra patres improba vox accuſatioq; poteſt competere. *l. f. C. de b. m.* Quemadmodum nec impedire poſſunt, ne pater uſumfructum habeat. Enenck. *de priv. parent. d. priv. 4. c. 4.* Lex enim ſimpliciter patrif. adminiſtrationem committit, commiſſamque relinquit: modò non in diſpendium filii eandem dirigat. *d. l. 1. C. de bon. mat. d. l. 6. §. 2. C. de b. q. l.*

An Voluntas ex parte Liberorum?

XV.

Subjectum adminiſtrationem hanc Suſcipiens ſeu Activum.

Pergimus ad Adminiſtrationis Subjectum; idque I.) eandem Suſcipiens ſeu Activum. Hoc verò eſt Paterf., adventitiorum bonorum liberorumf. uſumfructum habens, *l. 1. l. 4. l. 6. §. 2. l. f. C. de b. q. l. l. 1. C. de b. m.* Ut ergo hæc adminiſtratio locum habeat, reſpectu Subjecti hujus, duo copulativè requiruntur, nempe ut eam exercere volens, ſit 1.) ejus, cujus bona illa ſunt, Paterfam. In quo ipſo requiſito omnes omnino conſentiunt. A. Faber *C. lib. 6. t. 33. def. 11. n. 2.* ubi dicit; *nec aliâ ratione patrem bonorum filij legitimum adminiſtratorem eſſe, quàm quia & pater eſt, & habet filium in poteſtate.* Per Patremf. autem intelligimus hîc eum, qui in familia caput & princeps eſt; in domo dominium habet, adeoque in nullius ampliùs poteſtate; benè autem omnes ex ſe, & maſculis, in ſua poteſtate conſtitutis, natos, filios & filias, in poteſtate habet. *l. 4. ff. de his, qui ſui vel al. jur. §. f. I. de patr. pot. & ibi* Vinn. ac Dd. comm. Adeoque ſine differentia, quocunque modo, è patriam poteſtatem conſtituendi modis, talis factus ſit. Cujuscunque ſit etiam ex parentibus gradûs. *dd. texx.* Conſtat enim *Iure Rom.* liberos matrimonium ineuntes, & ſeparatam etiam à patref. Oeconomiam inſtituentes, è poteſtate ipſius non exire, ſed maſculos, in poteſtate conſtitutos, omnes familiam patrisf. propagare, *dd. texx. l. 195. § 2. ff. de V. S.* Id quod tamen *moribus* ſecus ſe habere, notorium eſt. Unde non poterit non effectus hîc ceſſare de conſuetudine, & denegari patribus, liberos in matrimonio, aut, ſi majorennes, ſeparatâ Oeconomiâ viventes, habentibus, Unde Avo competere non poteſt hæc adminiſtratio: quanquam in Jure Provinc. Würtenb. *p. 4. t. 12. §.* nach dem aber, *fol. 466.* ipſi,

Cujus Requiſita ut ſit I. Paterfam.

utut

autut uſumfructum non habenti, ſi aliàs habilis, nec ſe excuſat, committitur educatio nepotum & adminiſtratio adventitiorum, usque dùm vel matrimonium contraxerint, vel majorennes facti: Verùm ſine alimentationis onere; cum neceſſitate a. rationum redditionis, præter inventarii, etiam patri incumbentem, neceſſitatem, & hypothecam legalem. Non eſt enim hîc prætereundum, adminiſtrationem hanc noſtram in hoc Ducatu Würt. ab illa libertatis ac poteſtatis plenitudine in pleriſq; recedere.

Removetur hinc, qui vel planè Pater non eſt. vel Pater quidem, ſed non Paterſam. Quid Jure Würt.

XVI.

Ob *defectum* ergo hujus *requiſiti* Adminiſtrationem horundem bonorum prætendere non poteſt 1.) qui pater alicujus *nec natura nec lege eſt*, utut ſit ex agnatione aut cognatione talis perſonæ. 2.) qui parens quidem eſt natura & lege, ſed non *paterſam.* Item, qui pater quidem naturâ aut lege eſt, & *paterſam. fuit.* ſed non ampliùs talis eſt. In quo tamen Jus Topicum Würt. à jure communi receſſit. *uti ſupra jam oſtenſum.* Negatâ namque causâ adminiſtrationis hujus in ſubjecto ſuſcipere volente, negatur quoque ipſum jus adminiſtrationis. *per vulg.*

XVII.

2. Uſumfructum horundem bonorum Adventitiorum habens.

2.) Requiritur, ut paterf. horundem bonorum, ad liberosf. pertinentium, uſumfructum habeat, *d. l. 6. §. 2. C. de b. q. l.* Ant. Capyc. *decis. 56. n. 4. p. 80.* Aliàs enim non admitteretur. Ex quo enim per legem in ejusmodi bonis ipſi filio, & liberrima quidem inter vivos moderatio: aut, ſi imperfectæ ætatis eſt, curatori conſtituto, adminiſtratio, ſed vulgaris illa, conceſſa eſt, ad patremf. hæc noſtra ſpectare non poteſt. P. Paris. *v. 4. cons. 157. n. 15. & ſeqq.* Giph. *ad d. l. cum oportet. 6. C. de b. q. l. p. m. 220.* Steph. Grat. *decis. 76. n. 9. & 49.* Referri huc poſſunt, quæ ſupra th. 10. de hoc propoſita. Notandum autem circa hoc Subjectum, quòd nullus hîc habeatur reſpectus facultatum patris adminiſtrantis: Pauper an dives fuerit, nihil refert. Pinell. *ad l. 1. C. de b. m. p. 2. n. 35. p. 169.* Quòd ſi tamen prodigalitate lapſus eſſet facultatibus ſuis, cùm ipſe curatore tunc indigeret, nec adminiſtratio ipſi committenda aut relinquenda foret: cùm etſi in ea conſtitutus malis ejusm. moribus paupertati cauſam præbuiſſet, adminiſtratio ab eo auferenda eſſet, curatorque & patrif. & filio, ſi imperfectæ ætatis, dandus, ut utriusque indemnitati conſuleretur. *arg. l. f. C. de leg. tut. junct. §. major. 13. l. de excus. tut.* Ant. Faber *Cod. lib. 6. tit. 23. def. 7. n. 3.* Add. Giph. *d. l. p. m. 221.* Hoc enim in genere ad hoc fundamentum tenendum, quòd ſi ejus conditionis ſit paterf., ut ipſe rebus ſuis præeſſe nequeat, ſed aliorum auxilio in hoc indigeat,

ſeu Pauper, ſeu Dives. Quid ſi Prodigus? Aut rebus ſuis præeſſe nequeat?

digeat, adminiſtratio hæc ipſi non committatur, *arg. d.* §. *13.* Utut uſusfructus ipſi non adimatur: uti e. g. patrif. furioſo nihilominus competit, *arg. l. 8. ff. de his, qui ſui.* Giph. *ad l. 6. C. de b. q. l. p. m. 223.*

XVIII.

Subjectum Patiens hujus adminiſtrationis ſunt per correlationem Adminiſtrantis liberi, in patria ejus poteſtate conſtituti (quos brevitatis ſtudiô *Liberosfamilias*, utut forte autoritate deſtituimur, impoſterum appellabimus, ex licentia *legis 195.* §. *2. & l. 40.* §. *2. ff. de V. S.*) bona adventitia habentes talia, in quibus patrif. uſusfructus non eſt ademptus. *d. l. 6.* C. *de b. q. l.* Quantùm ergo ad hoc ſubjectum, tria hîc requiruntur: 1.) ut ſint liberi adminiſtrantis. *rubr, & t. t.* C. *de b. q. l. arg.* §. *1. I. per q. pers. nob. acquir.* in texx. plerunque filiorum nomine: dulciore quippe, *per l. 220.* §. *f. ff. de V. S.* indigitati: quorum appellatione omnes deſcendentes venire, cujuscunque gradûs ſint, notum eſt ex *d. l. 220. pr. l. 1. l. 3. l. 4. l. 6. pr.* C. *de b. q. l.* Hoc quidem in loco ex juſta interpretatione, *l. 201. ff. de V. S. junct. d. l. 4. ff. de his, qui ſui. &* §. *f. I. de p. p.* utut aliàs in contractibus & ſtatutis filiorum appellatione non contineantur. Philipp. *ad l. lib. 1. Eclog. 80. n. 1.* Enenck *in d. tr. proleg. n. 50. & ſeqq.* Quod quidem moribus ampliùs non obtinet, quibus quippe cùm liberi primi gradûs, filius nempe & filia, tantùm ſint in poteſtate ſui patris, nepotes ampliùs in avi non ſunt. *per ea, quæ ſup. th. 16.* Nihil autem refert, cujuscunque etiam ſint ſexûs. *arg. rubr.* C. *de b. q. l. l. 4. pr.* ibi: *utriusque ſexûs.* C. *eod. arg.* §. *1. I. p. q. pers. cuique acq.*

Subjectum Paſſivum.

Cujus requiſita, ut ſint adminiſtrantis 1. Liberi.

XIX.

Verùm hoc non ſufficit; poteſt enim eſſe, ut liberi ſint, qui habeant bona propria, & pater eorundem bonorum uſumfructum, adeoque eadem adminiſtret, non tamen noſtra ſit adminiſtratio; ut ſi naturali, aut ſi emancipato, filio impuberi, maximè, cujus pater tutor eſſet, ab aliquo teſtamento relicta eſſet proprietas rei, & patri huic ejusdem uſusfructus: Tunc ſanè, utut pater hic adminiſtrat, facit tamen hoc, ut alius quilibet uſufructuarius, h. e. non tam pleniſſimâ poteſtate, non ſine cautionis præſtatione. *arg. l. f. ff. uſufr. quem cav. junct. d. l. f.* §. *4.* C. *de b. q. l.* Paris. *d. conſil. 157. n. 21.* Quare 2.) requiritur, ut liberi tales ſint in Adminiſtrantis patria poteſtate. *rubr. & l. 6. pr. & t. t.* C. *de b. q. l. in patr. poteſt. conſt. ex matrim. vel aliàs acqu. & eor. adminiſtrat.* Ex cauſis quidem ſupra adductis. Quam ſi ſolutam, & ſic effectum hunc, adminiſtrationem hanc, ſublatum ex liberis quis prætexere vult, adeoque

2. Liberi ſub ejus Poteſtate Patria.

res ad ſuum recipere arbitrium, aut patrif. adminiſtrationis gubernacula non concedere: cùm modi, quibus patria poteſtas, patre vivente, tollitur, facti ſint: qualia, quæ ſc. facti ſunt, non præſumuntur: ipſe filius probare neceſſum habebit. Add. *l. 8. ff. de probat.* Enenck. *d. tr. priv. 1. c. 7. num. 6.*

XX.

Cujuscunque ſint generis.

De his verò, pari ratione, per *Ampliationem* dicendum, quòd nihil referat, ſ. in poteſtatem pervenerint per nativitatem ex juſtis nuptiis, ſ. per legitimationem, ſ. per adoptionem: quippe hi ſimiles ſunt naturalibus & legitimis liberis ſimul. §. *8. I. de adopt. & ibi Dd.* Philipp. *ad l. lib. 3. Eclog. 2. n. 12.* Aſc. Clem. *de patr. poteſt. c. 5. n. 5.* Ob cujus requiſiti defectum ad adminiſtrationem hanc non pertinere liberos emancipatos, naturales tantùm, illegitimos quosvis, ex ſe patet: multò minùs privignos. J. P. W. *d. p. 4. tit. 8.* §. Was aber. *&* §. *ſeq. fol. 455.* Sed Q. hac occaſione: *An partûs in utero exiſtentis bonorum, e. gr. ipſi ab avo vel avia, vel ab alio, relictorum aut donatorum, adminiſtrationem habeat paterf.?* Movet hanc quæſtionem & decidit Tiraquell. *in tr. de retract. lignag.* §. *1. ou lignagier. gloſſ. 9. n. 77. & ſeq.* ad quem brevitatis ſtudio Lectorem remittimus.

An partus in utero exiſtens?

XXI.

Ampliat. procedere ſine differentia

Ampliantur autem, reſpectu ſubjecti hujus dicta hactenus, procedere ſine differentia liberorum vel 1.) Sexûs. *arg. rubr. C. de b. q. l. l. 4. pr. ibi: utriusque ſexûs. C. eod. arg.* §. *1. I. per quas perſ. cuique acqu.* 2.) Gradûs. *l. 1. l. 3. l. 4. l. 6. pr. C. de b. q. l.* Joſeph. Ludov. *d. decis. 13. num. 13. & ſeq.* 3.) Ætatis. *d. l. f.* §. *3.* ibi: *cujuscunque ætatis filius inveniatur. C. de b. q. l. arg. rubr. & t. t. C. eod. arg.* §. *1. I. per quas perſ. cuiq; acq.* etſi 50. annor. eſſent. Sichard. *ad l. 2.* §. *quod obſervari. 2. C. de jurejur. propter calumn. n. 5.* aut ſenes. Quamvis enim videatur liberis adminiſtratio adempta, & patrif. conceſſa, propter juveniles eorundem calores, ut loquitur Imperator *in d. l. f.* § *5.* ibi: *meliùs enim eſt, coarctare juveniles calores, ne, cupidini dediti, triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum expectat patrimonium. C. de b. q. l.* quia tamen cauſa impulſiva principalis, patria poteſtas, annorum incrementis non tollitur, & textus juris indiſtinctè loquuntur: imò *d. l. f.* §. *3.* expreſsè hanc, ab ætate deſumtam, ampliationem fecit, dicendum eſt, *d. l. f.* §. *5.* vel loqui de cauſa impulſiva minùs principali, eaq; reſtrictiore: vel liberorum, in poteſtate exiſtentium, affectus, ex comparatione ad ſubactam rerum experientiâ prudentiam patrisf. in iis, quæ ad familiæ commodum rationem habent,

1. Sexûs. 2. Gradus. 3. Ætatis.

habent, pro juvenilibus potiùs caloribus cenſendos eſſe. Dn. Brunn. *ad d. l.* Et videmus, nec minoribus, ſi ſemel curatorem acceperunt, rerum ſuarum adminiſtrationem reſtitui ante 25. ætatis annum: etſi rem ſuam benè gerentibus. *l.1. in f. ff. de minor.* Quoad eos tamen, qui primæ ætatis, h. e. pupillaris, non ampliùs ſunt, id ſingulare introduxit Juſtinianus *in d.l.f.* §.3. *C.de b.q.l.* quòd nempe exercitio adminiſtrationis judicialis, ſi nempe pater actiones movere vult, conſenſum eorum adhibere debeat. Carpz. *l.F.p.2. conſt.10. def.14. ubi in fin. præjudic.* Ab hoc tamen rigore patriæ poteſtatis ſtatuta locorum hinc inde receſſerunt, uti ex parte hoc fecit Jus Würt. *d. p.4. tit.9.* §. Was aber. liberis majorennibus, extra parentum educationem & victum conſtitutis, bona paterni & materni generis, imò cætera omnia, (excepta hereditate, quæ à defuncto patre aut matre obvenit,) ad propriam adminiſtrationem concedens cum uſufructu. 4.) Matrimonii contracti. Præterquàm enim, quòd eodem juveniles calores non extinguuntur, etiamſi liberis ſubnixum ſit. *arg. l. 2. ff. de minorib. & d. l. f.* §.5. *vers. meliùs. C. de b. q. l.* notum eſt, quòd jure Rom. patriam poteſtatem id non diſſolvat. *d.* §. *f. I. de p. p. l. 1. l. 2. ff. de lib. exh.* Hahn. *ad Wes. ff. de his, qui ſui. voc. niſi quòd uſumfructum.* Add. M. Coler. *tr. de aliment. lib. 1. c. 2. n. 29. & ſeqq.* ubi de alimentis, etiam uxorato filio, & liberis ejus, præſtandis. Jure Würtenb. *d. l.* in modò dictis bonis aliud pariter receptum eſt: nec non in aliis Imperii provinciis. Hering. *de fidej. c. 7. n. 619. ſeqq.* Vid. Sichard. *ad l. 11. C. de nupt. n. 4.* In Bavaria quoque. Sebaſt. Khrayſſer. *compend. Elect. jur. Bav.* Landr. *tit. 3. art. 2.* ſi tamen ſeparata accedit Oeconomia. *d. l.* 5.) Dignitatis. *arg.* §. *4. I. q. m. jus p. p. ſolv. & ibi Dd.* niſi talis ſit, quæ patriam poteſtatem ſolvat, de qua Dd. *ad d.* §. *4. & l. f. C. de decur. Nov. 81.* & aliquid adferemus infra th. 87. 6.) Oeconomiæ ejusdem cum patre, annon. Moribus aliud. Separatâ enim à patref. habitatione ſolvitur poteſtas. Ita de Bavaria teſtatur Khraiſſer. *d. l.* ubi tamen addit: modò cum patris conſenſu proprium habeat focum. Quod ipſis majorennibus, ſine ſingulari cauſa, ejusque cognitione, à Magiſtratu facienda, non denegandum.

4 Matrimonii.

5. Dignitatis.

6. Oeconomiæ.

XXII.

Hæc de Subjecto. Veniamus ad Adminiſtrationis hujus Objectum. Id verò ſunt liberorum, in poteſtate exiſtentium, bona adventitia, ſed ea tantùm, in quibus patrif. uſusfructus non eſt ademtus. Re-

Adminiſtrationis hujus Objectum. *Circa quod* poſitivè *requiritur,*

ut ſint I. *Liberorumf. Bona Adventitia. Quid ea ſint?*

quiritur ergo ad objectum, ut ſint bona liberorumf. 1.) Adventitia. Hæc verò ſunt, quæcunque ad liberosf. extra cauſam togatæ vel ſagatæ militiæ, non ex re & ſubſtantia patrisf., ſunt profecta: ſed iisdem extrinſecus, ex liberalitate fortunæ, vel propriis laboribus, advenerunt, novis quidem Impp. Conſtitutionibus proprietatis jure ipſis conceſſô, uſufructu verò patrif. tantùm relicto, de quibus in *ſæpiùs citato t*. C. *de b. q. l.*

XXIII.

Nil refert unde acquiſita. *Sive ſine eorundem induſtria.*

Nihil autem refert ratione modi, quacunque ratione advenerint ex dd. cauſis bona hæc liberisf.: ſive ſine eorundem labore & induſtria: ſive cum his. *l. 6. pr. l. 8. pr.* C. *de b. q. l* Et, ſi ſine labore & induſtria, nihil refert ratione ſubjecti, undecunque, utrum à Parentibus, matre nempe, *l. 1. & t. t.* C. *de bon. mat.* aut adſcendentibus maternis, *l. 2.* C. *eod. l. 1. d. l. 6. pr.* C. *de b. q. l.* imò etiam paternis, ſed citra intuitum aut reſpectum patris. Peregr. *de jure fiſci. lib. 3. tit. 18. num. 30. p. m. 338* Boër. *q. 192.* an à deſcendentibus, ſiquidem nepote, ſine liberis, avô tamen paternô & patre ſuperſtite, mortuô, pater ejus in proprietate quidem ſuccedit, ſed avo, quoad uſumfructum, bona cedunt, & ſic adminiſtratio. *l. 3.* C. *de b. q. l. auth. defuncto.* C. *ad SCm. Tert. Nov. 118. c. 2.* An item à conjuge advenerint conjugi, in poteſtate conſtituto, filio vel filiæfam. *l. 1. l. 2. l. 4.* C. *de b. q. l.* etiamſi dotis aut donationis propter nuptias nomine ac titulo. *l. 20. §. 2. ff. fam. erciſc.* A patre tamen conjugis, hoc titulo, profecta ad eum poteſtatis jure, jure Romano, reverti debent: ut ſic conjux in conjugem transmmittere nequeat. *d. l. 2.* C. *eod.* (Hæc quidem *Iure Iuſtin.* quô quippe, marito in poteſtate conſtituto, dos ejusdem patrifam. ſolvitur, onera quippe matrimonii ipſius filii ſuſtinente. *l. 22. §. 12. ff. l. 10.* C. *ſolut. matrim.* & quæ eidem obveniunt ita, vel hereditario jure, vel ex nuptialibus lucris, proprietario tantùm jure, quamdiu pater vivit, obveniunt. Sed *moribus* hæc aliter ſe habere, ſæpiùs dictum eſt.) Vel ſponſo à ſponſa: aut vice verſa. *l. 5.* C. *de b. q. l.* An v. aliunde, & ab hoc ſanguinis aut matrimonii vel ſponſaliorum nexu non conjunctis: ſive jam cognati ſint, ſive planè extranei. Quorſum referimus liberisf. in teſtimonium baptiſmi à ſuſceptoribus data: Paten- oder Toddengeld. Carpzov. *l. F. p. 2. c. 24. def. ult.* ubi ait, patremf. tutorio nomine bona talia liberorum adminiſtrare: intelligens ſc. hanc noſtram, (quæ tutoriæ in multis quidem ſimilis eſt, ſed ab ea multùm quoque diverſa) adminiſtrationem. D. ſlent. Dn. Radov. *in diſp: ſub eo de pecun. luſtrat.* Gevattergeld. *habita. ubi c. 4. §. 9.* hanc ipſam

ad

ad peculium quaſi caſtrenſe refert. Quòd ſi cum labore & induſtria, non tamen ex re Patriſf., par ratio eſt. *d §.1. vers. quod nobis.* ibi: *ne, quod ei ſuis laboribus. l. p q. pers. cuique acq. d. l. 6. pr.* ibi: *quæ & ſuis laboribus ſunt poſſeſſa. C. de b. q. l.* P. Paris. *v. 1. cons. 130. n. 1. & ſeqq.* ubi exinde infert, quòd hæc non debeant compenſari cum alimentis, quæ pater ipſi præſtitiſſet. Quanquam, ſi & ex re patriſf. iisdem quid lucratus ſit, non omne prorſus æqui judicis arbitrium tunc excludendum eſſe, quantùm ad hoc, ut accumuletur huic peculio, & ſic non dominio patris, ſed uſuifructui tantùm, & ſic adminiſtrationi: cum Dn. Lauterb. *diſput. de uſufr. Patern. th. 19. n. 2* ſentire non dubitamus. *Sive cum eorum Labore.*

XXIV.

Nihil quoque refert, quocunque jure & titulo, ſingulari an univerſali, hereditario: ut hereditas adventitia, *l. f. pr. §. 1. & ſeqq. C. de b. q. l.* P. Paris. *v. 1. cons. 129. n. 4.* dotis, donationis, legati, fideicommiſsi, aut alterius cujuscunque cauſæ, ad eos pervenerint. *d. l. 1. l. 4. C. de b. q. l.* Dos tamen adventitia filiæ huc non pertinet, conſtante matrimonio. Bald. Novel. *tr. de dot. part. 6. priv. 34. & 36.* ex quo Additionator infert, patris autoritatem non requiri in judicio, quo filia, conſtante matrimonio, dotem repetit à viro, vergente ad inopiam. Nihil etiam refert, ratione objecti, corporales res ſint, an incorporales. Et, ſi corporales, utrum mobiles an immobiles: & ſi mobiles, an uſu conſumtibiles ſint vel non. *arg. d. §. 1. vers. quod autem. l. per q. p. c. acq. & t. t. C. de b. q. l.* e. gr. merces, pecunia. Steph. Grat. *decis. 76. n. 34.* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 7. n. 8. & ſeqq.* Baarſchafft/ Wein/ Frucht/ Kleider/ Vieh/ allerhand Hausrath/ und was denſelben Gemäß. J. P. Wirt. *d. p. 4. t. 9. §.* Und ſo etwa. *fol. 461.* ubi providet in caſum abſumtionis & attritionis. Quarumcunq; enim rerum, ad liberosf. ita pertinentium, uſusfructus eſſe poteſt, earum & adminiſtratio patriſf. eſt. In talibus autem omninò rectè uſusfructus conſtituitur. *§. 2. l. de uſufr. l. 1. C. eod.* & ſic adminiſtratio patriſ. competit. P. Paris. *d. l. n. 6.* Pinell. *ad l. 1. C. de b. m. p. 2. n. 40.* Statuta locorum interdum excipiunt nonnulla bona. Ita Francofurtanum *in Reform. p. 5. t. 8. §. 12.* excipit mobilia, quæ poſt mortem matris minorennibus, nondum in matrimonio viventibus, liberiſf., hereditario vel lucrativo titulo, advenerunt: quorum, usque dum nuptias contrahunt liberi, nec ampliùs, pater retinet uſumfructum. Add. §§. *ſeqq.* Quòd ſi tamen *Vſusfructus* tantùm ei, qui in ſacris paternis eſſet, conſtitueretur, ad adminiſtrationem hanc non pertineret: quia totus uſusfru-

Nil etiam, quo Titulo aut Iure.

Quales porro: Corporales,

an Incorporales.

Quid ſi Vſusfructus Liberiſf. conſtitutus?

Digitized by Google

ctus patrif. per eum acquiritur, patreque vivente, filio nihil juris: mortuóque filiô, non jure hereditario ad patrem tranſit, ſed penes eum, ipſi utpote ita quæſitum, remanet. *l. f. C. de uſufr.* ubi Dn. Brunn. & Dd. Vid. Hodiern. *ad l. hac edict. d. quæſt. 3. n. 30. & ſeqq.* Giph. *ad t. C de b. q. l. circa fin.* ubi oſtendit in fine, licet in aliis adventitiis tantummodò uſusfructus patrif. quæritur, & ſic hujusm. filiof. conſtituti uſusfructûs fructus tantùm videbantur patrif. acquiri debere; aliud tamen hîc propterea eſſe, quia non de plena proprietate liberiſf. relicta, uti id fit *in l. 6. C. de b. q. l.* hîc ſermo fit, ſed de uſufructu ſolo. Certè ſi *d. l. 6.* obſtaret, dicendum cum Dn. Brunn. ex Caſtillo *de uſufr. c. 63, n. 2.* hanc l. f. eſſe unam ex 50. decis. ac propterea eidem derogare.

XXV.

Objectum Remotivum ſunt Peculium 1. Caſtrenſe & quaſi caſtrenſe.

Ob defectum ergo hujus adminiſtrationis noſtræ, quoad objectum, requiſiti, ad eandem non poſſunt pertinere bona filiorumfam. 1. *Caſtrenſia & quaſi Caſtrenſia*: quorſum & Præbendæ Clericorum referuntur à Boër. Barb. Dn. Struv. *in Iure Sacr. Iuſt. ad l. 34. al. 32. C. de Epiſc. & Cler. quæſt. 3.* ubi tamen de præbendis Evangelicorum nonnulla ſubjungit. Steph. Grat. *dec. 49. n. 41.* quarum fructus perceptos adminiſtrator noſter tenetur reſtituere, & rationes de iis reddere. Cavalc. *p. 2. dec. 37. n. 60.* quippe in iis patrif. nihil hujusm. juris competit. *d. l. 6. pr. §. 1. l. per q. p. c. ac.* nec Juſtinianus in iis quicquam innovavit *in d. l. 6. pr.* ibi: *exceptis caſtr. peculiis.* Riminald. *ad d. §. 1. l. p. q. p. c. ac. n. 52. ſeqq.* cùm ipſi filiif. in his pro patribuſf. habeantur. *l. 2. ff. ad SC. Maced. l. 4. ff. de jud. l. f. C. qui teſt. fac. poſſunt.* eademq;, invitô etiam patre, adminiſtrent. Gloſs. *ad l. 50. verb. filio militi. ff. ad SCtum Treb.* Unde ſi filiusf., tale peculium habens, minor adhuc eſt, aut al às curatoris auxiliô indig t, paterf. non adminiſtratoris noſtri, ſed curatoris vices, ſuſtinere poteſt. *arg. l. f. pr. C. de cur. fur. d. l. f. §. 1. C. de b q. l.* Carpz. *5. Reſp. 84. n. 7.* Ex quo etiam conſequitur, quòd, ſi rerum, caſtrenſis vel qs. caſtrenſis, peculii filiusf. uſumfr. patri conſtitueret, is quidem bona hæc adminiſtraret, ſed non noſtrâ adminiſtratione, verùm ut uſufructuarius. Sic ſi major eſt filiusf., & propter æs alienum peculii hujus nomine conventum pater defendere vult, ſatisdationem præſtare, ut quilibet alius defenſor, tenetur. *l. 18. §. f. ff. de caſtr. pec.* quod noſter adminiſtrator non facit, *ut infra.*

2. Profectitium.

II. Nec ex paganicis bonis peculium *Profectitium*: quia, ut omnibus conſtat, ejus & proprietas, & quicquid fructuum nomine accedit eidem, ipſius patriſf. pleno jure eſt, ejus poteſtati, dominio, ar-

bitrio abſoluto & mero relictum adhuc, ut olim. *§. 1. I. p. q. p. c. ac. l. 4. pr. ff. de pecul.* Quin imò ejus adminiſtrationem tantùm ipſi filiif. habent *l. 7. pr. ff. de donat.* idque tenent tantùm nomine patriſf. *l. 1. §. 5. l. 49. §. 1. ff. de acq. poß.*

XXVI.

II. Circa Objectum requiritur, ut Adventitiorum horundem bonorum uſusfructus Patriſ. non ſit ademptus. A ſc. Clem. *d. tr. de p. p. c. 17. n. 11.* P. Paris. *v. 4. conſ. 157. n. 15.* Uti autem adventitiorum proprietas ſemper eſt liberorum; ſic uſusfructus regulariter eſt patriſf., ipſo jure ſc. *d. §. 1. I. p. q. p. c. ac. d. l. 4. d. l. 6. C. de b. q. l.* ita, ut nullo hominis facto, nullâ voluntatis declaratione, ad hoc ſit opus, ſed, quamprimùm quid ita acquiritur à liberis: ſciente an ignorante patreſ. nihil refert: ipſo jure mox uſusfructus per eosdem patriſ. acquiratur, *pr. & d. §. 1. I. p. q. p. c. ac. §. 2. I. de acq. per arrog.* per conſequens etiam adminiſtratio eorundem. Hæc enim Jure Rom. eſt regularis natura horundem bonorum: quæ propterea Adventitium *Regulare* vocantur.

II. *ut in Adventitiis his* Uſusfructus patriſam. non ſit ademtus.

XXVII.

Ut ergò eorundem uſumfructum, & ſic adminiſtrationem, non habeat paterſ., opus eſt *ademptione*, factâ vel ab homine, vel à lege, contra regularem adventitiorum naturam. Qualia bona propterea Adventitium *Irregulare* vocantur. Ab *Homine* quidem, non parentibus tantùm, (uti authenticarum excerptor nimis reſtrictam authenticam *legis 6. pr. C. de b. q. l.* ſubjicit) ſed quibuslibet, novo jure, (quondam enim ita non erat. Dn. Brunn. *ad auth. excipitur. C. de b. q. l.*) id fieri poſſe, ſancivit Juſtinianus *in Nov. 117. c. 1.* ſub formula hac: *Vt pater, aut qui omnino liberos habent in poteſtate, in rebus ipſis relictis, neque uſumfructum, neque quodlibet penitus participium, habeat*: aut alia ſimili, expreſsè aut tacitè, Berlich. *p. 1. decis. 136.* id declarante. Steph. Grat. *d. decis. 76. num. 19.* Heig. *p. 2. q. 12.* Hæc uſusfructûs prohibitio continet in ſe prohibitionem adminiſtrationis noſtræ. Perez. *C. de b. q. l. n. 11.* P. Peck. *de teſtam. conjug. lib. 2. c. 17. n. 6.* ubi rationes ſimul oſtendit, quare matres ſæpè ita diſponant. Hujusmodi tacita ademptio regulariter facta creditur in feudi conceſſione, cujus propterea, etſi ex materna ſucceſſione ad filiumfam. perveniat, fructus ad patrem non pertinere, tradit & ſimpliciter defendit Roſenth. *d. tr. de feud. c. 7. concl. 14. n. 15. & ſeqq.* contra plures, diſtinguentes, utrum à ſummo magiſtratu aliquo, an alio, concedatur: item novum an antiquum ſit, quos allegat *lit. O. P. & Q.* quam ſententiam regulariter & generaliter à Dd. tradi, teſtatur Schraderus *tr. de feud.*

Non ergo ſi Vſusfructus patriſam. ademtus à vel Homine.

feud. p. 10. ſect. 17. num. 4. ſed & communiter receptam eſſe, ex Roland. à Valle atteſtatur. Modò tamen non in legitima etiam adimatur uſusfructus, *d. Nov. 117. c. 1.* per latè, in utramque partem, deducta, & Dd. authoritatibus firmata, à Dn. Brunn. *ad auth. excipitur. C. de b. q. l.* poſt Hippol. Riminald. *add. §. 1. I. p. q. perſ. c. acq. n. 101.* Quanquam ab hac ſententia recedat Berlich. *p. 1. decis. 137.* cum aliis ibi citatis, ubi contrariam veriorem & in judiciis receptiorem, appellat, & ſequitur Mev. *p. 7. decis. 356. n. 2.* Et hoc ipſum irregulare adventitium confirmavit etiam J. Prov. Würt. *d. p. 4. t. 9.* §. Wo auch. niſi quòd forſan expreſſam declarationem, quòd patri non quæratur uſusfructus, requirat ibidem. Beſold. *diſp. ad d. part. 4. I. P. Würt. thes. 52.* A *Lege* verò ademptus cernitur in caſibus, quos I. ex *l. 7. C. de b. q. l.* II. ex *l. f. pr. §. 1. & 2. C. eod.* III. ex *d. l. fin. vers. in ſervis. §. fin. C. eod.* IV. ex *Nov. 118. c. 2. & inde deſumpta auth. item hereditas. C. eod.* à quo diverſum quid habet J.P.W. *d. l.* §. wann jedoch. *junct. §. prec.* V. ex *Nov. 134. c. 11. & inde deſumpta auth. idem eſt. C. eod.* latè deducit Dn. Lauterb. *in diſp. de adventit. irreg. th. 10 & ſeqq.*

vel Lege.

XXIIX.

Iura circa hoc hinc inde variant.

Hæc quidem Jure Rom. communi ita ſe habent. Variant autem *jura recentiora* hinc inde circa adminiſtrationis hujus objectum. Sanè *Gallorum* moribus adventitia omnia filios in ſolidum, ſeu pleno jure, ſibi acquirere, teſtatur Chaſſan. *in conſuet. Burgund. §. 5. tit. des enfans de plusieurs licts ad vers. & fait les fruictz.* Petr. Greg. Tholos. *ſyntagm. 11. c. 8. n. 21.* Idem de moribus *Belgarum* Gudel. *de jure noviſſ. lib. 1. c. 14.* Vinn. *ad §. 1. I. per q p. c. acq. in fin.* Jure *Lubecenſi* liberorum, per diviſionem à patre, cùm uſumfructum eorum non habeat, abdicatorum bona minimè patrem, ſed vel tutores adminiſtrare, vel ipſos moderari, ſi juſtæ ætatis ſunt, oſtendit Mev. *ad Ius Lub. p. 2. t. 2. art. 2. n. 121.*

XXIX.

Quid ſi tamen Paterf. ejusmodi bona adminiſtraret?

Coronidis igitur loco in genere tenendum, quòd, quorum bonorum adventit. uſusfr. ita, ab homine vel à lege, ademptus patrif. eſt, eorum legitimus adminiſtrator Pater non ſit: ſed, ſi ſponte ignorante filiô adminiſtrat, circa talem adminiſtrationem jura, quæ de negotiorum geſtoribus aliàs conſtituta, obtineant: uti rectè obſervavit Harppr. *ad §. 4. I. quib. mod. re contrah. oblig. n. 59.* Sic ſi propter imperfectam liberorum ætatem adminiſtrationem bonorum horundem ſubiret, curatorum jura tunc locum haberent. In quibus enim caſibus filiusf. minor curatorum

rum auxiliô indiget, pater hujus vices ſuſtinet. *arg. l. f. pr. C. de cur. fur. l. f. §. 1. C. de b. q. l.* Carpz. *5. Reſp. 84. n. 7.* Quòd ſi autem præter uſumfructum etiam adminiſtratio ipſi adempta, ab omni adminiſtratione abſtinere debet, etſi minorennis adhuc eſſet filiusf.: aut aliàs curatore indigeret: nempe propter ſuſpicionem ſiniſtram. Dn. Brunn. *ad d. auth. excipitur.* Hujusm. autem lex, rebus ita à teſtatore aut donatore dicta, patribusf. valdè exoſa eſſe ſolet, & pudorem eorundem gravare. Referre hîc operæ pretium cenſemus verba Rittershuſii *in expos. Nov. d. part. 8. c. 8.* quæ, huc pertinentia, hæc: *Eſt quidem hoc ſubturpiculum patri, quòd ſic removetur & excluditur, non ſolùm ab uſufructu, ſed etiam adminiſtratione bonorum adventitiorum filiif.: interim verò utile eſt filio; pater verò ſibi imputet, qui rem eò devenire fortaſſe permiſerit, ut ejusm. conditioni adjiciendæ occaſionem præbuerit: ſive diſſolutione vitæ ac morum, ſive inimicitiis ac ſimultatibus, quas cum teſtatore vel donatore exercuit. Nam ſi pater neque prodigus ſit, neque inimicus teſtatori vel donatori, tum vel non facilè crediderim, ejusmodi legem rebus, filiof. legatis vel donatis, adjectum iri.*

Quid ſi Patrif. præter uſumfructum etiam adminiſtratio expreſſè ademta?

XXX.

Sequitur Legitimæ hujus Adminiſtrationis Forma ſeu Differentia Specifica, quæ conſiſtit in facultate ac poteſtate liberrima ac pleniſſima, res haſce liberorũ f., ex ſuo animo, gubernandi moderandiq;: ſcil. ſine Decreti magiſtratûs ad juris hujus exercitium: ſine inventarii conficiendi: cautionem ac juramentum præſtandi: decreti magiſtratûs alienationibus immobilium, aut aliarum ſimilium, rerum adhibendi: rationes reddendi: neceſſitate & onere. Perez. C. *de bon. quæ lib. num. 10.* 1.) *Facultatem ac poteſtatem adminiſtrandi*, gubernandi ac moderandi: dico cum Imper. *in d. l. 6. §. 2. C. de b. q. l.* ibi: *poteſtatem uti frui gubernare res, prædicto modo acquiſitas.* Quo ipſo mox ſecernitur hoc jus à veteri illo, quod patrifamil. in res haſce competebat, conſiſtente in dominio, & ſic planè abſoluta, & arbitraria poteſtate, *d. §. 1. I. per q. p. c. acq. l. 21. C. mand.* in facultate non adminiſtrandi tantùm, ſed easdem res pro lubitu etiam perdendi, iisd. abutendi, *arg. l. 25. §. 11. ff. de her. pet. arg. §. f. I. de his, qui ſui.* eas alienandi in quemvis, *d. §. 1. I. p. q. p. c. acq.* Qualis hæc noſtra facultas non eſt. Licet enim quaſi domini loco ſit Patri f. *l. 1. C. de b. m.* non aliter tamen, quàm quatenus ſe intra terminos adminiſtrationis continet; non cùm ſpoliat. *arg. l. 27. ff. de adm. tut. arg. d. §. 1. I. p. q. p. c. acquir.* Hæc enim facultas adminiſtratoriæ

Adminiſtrationis hujus Forma *ſeu* Differentia Specifica. *quæ conſiſtit in facultate* 1. adminiſtrandi. *non, ut quondam,* dominandi.

 cu-

feud. p. 10. ſect. 17. num. 4. ſed & communiter receptam eſſe, ex Roland. à Valle atteſtatur. Modò tamen non in legitima etiam adimatur uſusfructus, *d. Nov. 117. c. 1.* per latè, in utramque partem, deducta, & Dd. authoritatibus firmata, à Dn. Brunn. *ad auth. excipitur. C. de b. q. l.* poſt Hippol. Riminald. *ad d. §. 1. I. p. q. pers. c. acq. n. 101.* Quanquam ab hac ſententia recedat Berlich. *p. 1. decis. 137.* cum aliis ibi citatis, ubi contrariam veriorem & in judiciis receptiorem, appellat, & ſequitur Mev. *p. 7. decis. 356. n. 2.* Et hoc ipſum irregulare adventitium confirmavit etiam J. Prov. Würt. *d. p. 4. t. 9.* §. Wo auch. niſi quòd forſan expreſſam declarationem, quòd patri non quæratur uſusfructus, requirat ibidem. Beſold. *diſp. ad d. part. 4. I. P. Würt. thes. 52.* A *Lege* verò ademptus cernitur in caſibus, quos I. ex *l. 7. C. de b. q. l.* II. ex *l. f. pr. §. 1. & 2. C. eod.* III. ex *d. l. fin. vers. in ſervis. §. fin. C. eod.* IV. ex *Nov. 118. c. 2. & inde deſumpta auth. item hereditas. C. eod.* à quo diverſum quid habet J.P.W. *d. l.* §. wann jedoch. *junct. §. praec.* V. ex *Nov. 134. c. 11. & inde deſumpta auth. idem eſt. C. eod.* latè deducit Dn. Lauterb. *in diſp. de adventit. irreg. th. 10 & ſeqq.*

vel Lege.

XXIIX.

Iura circa hoc hinc inde variant.

Hæc quidem Jure Rom. communi ita ſe habent. Variant autem *jura recentiora* hinc inde circa adminiſtrationis hujus objectum. Sanè *Gallorum* moribus adventitia omnia filios in ſolidum, ſeu pleno jure, ſibi acquirere, teſtatur Chaſſan. *in conſuet. Burgund. §. 5. tit. des enfans de pluſieurs licts ad vers. & fait les fruictz.* Petr. Greg. Tholos. *ſyntagm. 11. c. 8. n. 21.* Idem de moribus *Belgarum* Gudel. *de jure noviſſ. lib. 1. c. 14.* Vinn. *ad §. 1. I. per q p. c. acq. in fin.* Jure *Lubecenſi* liberorum, per diviſionem à patre, cùm uſumfructum eorum non habeat, abdicatorum bona minimè patrem, ſed vel tutores adminiſtrare, vel ipſos moderari, ſi juſtæ ætatis ſunt, oſtendit Mev. *ad Ius Lub. p. 2. t. 2. art. 2. n. 121.*

XXIX.

Quid ſi tamen Paterf. ejusmodi bona adminiſtraret?

Coronidis igitur loco in genere tenendum, quòd, quorum bonorum adventit. uſusfr. ita, ab homine vel à lege, ademptus patrif. eſt, eorum legitimus adminiſtrator Pater non ſit: ſed, ſi ſponte ignorante filiô adminiſtrat, circa talem adminiſtrationem jura, quæ de negotiorum geſtoribus aliàs conſtituta, obtineant: uti rectè obſervavit Harppr. *ad §. 4. I. quib. mod. re contrah. oblig. n. 59.* Sic ſi propter imperfectam liberorum ætatem adminiſtrationem bonorum horundem ſubiret, curatorum jura tunc locum haberent. In quibus enim caſibus filiusf. minor curato-

rum

rum auxiliô indiget, pater hujus vices ſuſtinet. *arg. l. f. pr. C. de cur. fur. l. f. §. 1. C. de b. q. l.* Carpz. *5. Reſp. 84. n. 7.* Quòd ſi autem præter uſumfructum etiam adminiſtratio ipſi adempta, ab omni adminiſtratione abſtinere debet, etſi minorennis adhuc eſſet filiusf.: aut aliàs curatore indigeret: nempe propter ſuſpicionem ſiniſtram. Dn. Brunn. *ad d. auth. excipitur.* Hujusm. autem lex, rebus ita à teſtatore aut donatore dicta, patribusf. valdè exoſa eſſe ſolet, & pudorem eorundem gravare. Referre hîc operæ pretium cenſemus verba Rittershuſii *in expos. Nov. d. part. 8. c. 8.* quæ, huc pertinentia, hæc: *Eſt quidem hoc ſubturpiculum patri, quòd ſic removetur & excluditur, non ſolùm ab uſufructu, ſed etiam adminiſtratione bonorum adventitiorum filijf.: interim verò utile eſt filio; pater verò ſibi imputet, qui rem eò devenire fortaſſe permiſerit, ut ejusm. conditioni adjiciendæ occaſionem præbuerit: ſive diſſolutione vitæ ac morum, ſive inimicitiis ac ſimultatibus, quas cum teſtatore vel donatore exercuit. Nam ſi pater neque prodigus ſit, neque inimicus teſtatori vel donatori, tum vel non facilè crediderim, ejusmodi legem rebus, filiof. legatis vel donatis, adjectum iri.*

Quid ſi Patrif. præter uſumfructum etiam adminiſtratio expreſſè adempta?

XXX.

Sequitur Legitimæ hujus Adminiſtrationis Forma ſeu Differentia Specifica, quæ conſiſtit in facultate ac poteſtate liberrima ac pleniſſima, res haſce liberorũ f., ex ſuo animo, gubernandi moderandiq;: ſcil. ſine Decreti magiſtratûs ad juris hujus exercitium: ſine inventarii conficiendi: cautionem ac juramentum præſtandi: decreti magiſtratûs alienationibus immobilium, aut aliarum ſimilium, rerum adhibendi: rationes reddendi: neceſſitate & onere. Perez. *C. de bon. quæ lib. num. 10.* 1.) *Facultatem ac poteſtatem adminiſtrandi*, gubernandi ac moderandi: dico cum Imper. *in d. l. 6. §. 2. C. de b. q. l.* ibi: *poteſtatem uti frui gubernare res, prædicto modo acquiſitas.* Quo ipſo mox ſecernitur hoc jus à veteri illo, quod patrifamil. in res haſce competebat, conſiſtente in dominio, & ſic planè abſoluta, & arbitraria poteſtate, *d. §. 1. I. per q. p. c. acq. l. 21. C. mand.* in facultate non adminiſtrandi tantùm, ſed easdem res pro lubitu etiam perdendi, iisd. abutendi, *arg. l. 25. §. 11. ff. de her. pet. arg. § f. I. de his, qui ſui.* eas alienandi in quemvis, *d. § 1. I. p. q. p. c. acq.* Qualis hæc noſtra facultas non eſt, Licet enim quaſi domini loco ſit Patri f. *l. 1. C. de b. m.* non aliter tamen, quàm quatenus ſe intra terminos adminiſtrationis continet; non cùm ſpoliat. *arg. l. 27. ff. de adm. tut. arg. d. §. 1. I. p. q. p. c. acquir.* Hæc enim facultas adminiſtratoriæ cu-

Adminiſtrationis hujus Forma *ſeu* Differentia Specifica. *quæ conſiſtit in facultate* 1. adminiſtrandi. *non, ut quondam,* dominandi,

cujuscunque facultati ſemper opponitur. *l. 7. pr. ff. de donat. l. 7. §. 3. ff. per empt. l. 28. §. f.* & ibi Gloſs. Bart. Jaſon & alii. *ff. de pact.* Vulrej. *v. 1. Conſ. Marpurg. 27. n. 39.* In hoc verò adhuc convenit cum poteſtate tutoria, maximè cum curatoria, quare 2.) additur, quòd conſiſtat *in pleniſſima poteſtate tali. d. l. 6. §. 2.* ibi: *pleniſſimam poteſtatem gubernare. C. de b. q. l.* tanquam ſolidum perfectumque dominium eis acquiſitum fuiſſet: ut conſtituit Conſtantinus *in d. l. 1. C. de b. m.* certè in poteſtate dominio proxima. Vid. Scip. Gent. *tr. de bon. mat. c. 12.* ita ut ex proprio animo facere poſſit, tanquam in re ſua. *dd. texx. junct. l. 21. C. mand.* Finell. *ad d. l. 1. p. 2. n. 10. C. de b. m.* Enenck. *d. tr. pr. 4. c. 4. n. 1. ſeqq.* & ſi res hæ in pecunia conſiſtunt, eandem in proprios uſus licitè convertere, indeque res proprio nomine comparare. Hartm. Piſtor. *lib. 1. q. 7. n. 15. & ſeq. & n. 20.* Hanc verò pleniſſimam poteſtatem adminiſtrandi tutores & curatores non habere, ſequentia oſtendent: & vel ex eo patet, quòd non, niſi cum maximo culpæ vitio, pecuniam pupilli in proprium uſum convertere poſſit tutor. Hartm. Piſtor. *d. l. n. 20.*

2. Pleniſſima & Liberrima.

XXXI.

Immuni hinc à neceſſitate I. Decreti Magiſtratûs. ad exercitium Adminiſtrationis.

Hæc autem patriæ poteſtatis in adminiſtrando res haſce conceſſa à lege plenitudo immunem eum facit I. à *Decreti Magiſtratûs, ad exercitium hujus adminiſtrationis impetrandi, neceſſitate*, quo aliàs tutores & curatores opus habent novo Germ. Jure, per Conſtit. Imp. Polit. de anno 1548. & 1577. tit. von Pupillen und Minderjährigen. ad ſuſcipiendam injunctam jam, à teſtatore, lege & magiſtratu, muneris adminiſtrationem plenariam. Licet liberiſ., acquirentes hujusmodi bona, ſint minorennes adhuc. Liberrima enim aliàs non foret, exiſtente in medio hoc impedimento. nec ullibi novo hoc jure de patribusſ. hoc cautum legitur. Beſold. *in delib. ex lib. 2. ff. quæſt. 20.*

XXXII.

II. Inventarii Confectionis.

II. Ab *Inventarij confectione.* Quamvis enim Tutores & Curatores omnes, etſi pater ipſe filii emancipati talis eſſet. latè Harpr. *ad pr. & §. 1. I. de leg. agn. tut. n. 9. & ſeqq.* aut mater. poſt Montan. *de tutel. c. 32. reg. 5. n. 24.* Brunn. *ad l. f. §. 1. C. arbitr. tut.* mox, quàm fuerint ordinati. *l. 24. C. de adm. tut. d. l. ult. §. 1. C. arb. tut.* ad inventarii confectionem teneantur, adeò, ut ante eam nihil, quod eſt plenariæ adminiſtrationis, attingere debeant. *l. 7. pr. & ibi Dd. ff. de adm. tut.* & adverſus ſecus facientes præſumtio doli oriatur, ob quam ab officio cum infamia removeantur, & ad intereſſe curandis, per juramentum in litem æſtimandum,

præter

præter alias pœnas, obligentur. *d. l. 7. pr. l. 4. C. de in lit. iur. & l. f. §. 1. C. arb. tut.* Reichs Abſchied. *de Anno 1512. tit.* von Pupillen. Brunn. *ad d. l. 7. pr.* quamvis & Uſufructuarius alias inventarium & deſcriptionem bonorum conficere debet. Alex. *3. cons. 58 num. 8.* Aſcan. Clem. *de p. p. c. 7. in fin.* Beſold. *ad Ius Provinc. Wirtenb. p. 4. num. 12.* noluere tamen leges in paternam reverentiam (cui tantum quondam priſci legumlatores tribuerant, ut crediderint, quicquid circa res, à liberisf. acquiſitas, fecerint, etiam perdendo & abutendo, hoc non eſſe taxandum) tam injurioſæ eſſe, ut propterea patremf., implicitum utique intereſſe ſuum propter uſumfructum habentem, ſubjicere voluerint tam gravi ſuſpicioni. Quare nullibi inventarii conficiendi neceſſitas ipſi impoſita legitur: & cùm, ut mox dicetur, ſanctitas legum etiam à ratiociniis eum excuſet. *d. l. f. §. 4. in f. C. de b. q. l.* quorum cauſa inventarium, ut nempe ſit eorum caput, fieri debet: cur patremf. ad id adigere debuiſſent? Vid. Menoch. *A. I. Q. cas. 208. n. 24.* De Inventario autem quando loquuntur leges, intelligunt Dd. de conſignatione bonorum, ſub præſentia publicarum perſonarum ſolenniter facta. *d. l. 24. C. de adm. tut.* publicè. *d. l. f. §. 1. C. arbitr. tut.* Et hanc ſententiam defendunt poſt Cyn. Bald. Gloſs. Rol. à Valle *in tr. varior. author. de inventar. benef. qu. 40.* Pinell. *ad d. l. 1. p. 2. n. 21.* Giph. *ad tit. C. de b. q. l. p. 217.* Frid. Pruckm. *v. 1. cons. 48. n. 41.* Dn. Brunn. *ad d. l. f. §. 1. C. arbitr. tut.* cum Boër. Mev. *ad l. L. p. 2. t. 2. c. 49. n. 7.* Ludwell. *in tr. de ult. vol. ad d. l. 6. §. 1. & 2. C. de b. q.* l. Mindan. *de mand. jud. lib. 2. c. 49. n. 4.* Quæ etiam in Camera approbata eſt, teſte Myns. *2. O. 93. n. 2.* & de jure Sax. quoque eam obſervari, tradit Moller. *ad Conſt. Elect. 25 p. 3. §. f.* Modeſt. Piſtor. *p. 1. q. 33. & q. 126.* At jure Wirt. aliud. J. P. W. *p. 4. tit. 10. §. f.* ibi: Weßwegen denn die Inventaria (darinnen der Kinder hinterſtällige Haab und Güter ordenlich verzeichnet / vermöge unſer hieroben angeſetzten Verordnungen) hinder den Waiſen Gerichten wol verwahrt bleiben / und ihnen / nach derſelben Inhalt / iederzeit völlige Lieferung beſchehen ſolle. — Solemnis.

XXXIII.

Quoties tamen hæc vis præſumtionum, pro patref. militantium, ceſſat, aut certè valdè imminuitur, utique à judice ad inventarium conficiendum compelli poteſt. Id quòd locum habet in caſu 1.) perverſæ patrisfam. in his bonis converſationis: in periculo diſſipationis & alienationis bonorum horundem. Myning. *d. l. num. 6.* Mindan. *dict. l.* poſt Berlich. Heeſer. Carpzov. Fuchs. *tr. de Invent. cap. 3. num. 125.* — Exceptiones. I.

2. 2.) Secundarum nuptiarum à patref. contractarum. poſt Heeſer. Fuchs, *d. l. n. 4.* Mev. *ad I. L. p. 2. t. 2. art. 21. num. 13. ſeq.* ubi de jure Lubec. P. Chriſtin. *v. 1. decis. Belg. 101. n. 5. ſeqq.* Diſſent. Hodiern. *ad Surdi decis. 106. n. 10.* quoad bona immobilia. Et apud JCtos hoc controverſum eſſe, teſtatur Reform. Francof. *d. p. 7. t. 2. §. 10.* in hoc caſu ibidem inventarium requirens: imò etiam extra eundem. Alias limitationes ſubjungunt nonnulli: nempe quòd non procedat in patre tutore emancipati impuberis. Gail. *2. O. 72. n. 15.* item in patref. non uſufructuario horundem bonorum. Rol. à Valle *d. l. quæſt. 41.* Item in patref. adminiſtratore caſtrenſis aut quaſi caſtrenſis peculii. Fuchs. *d. l. n. 123.* Item in matre adminiſtratrice aut tutrice liberorum. Carpzov. *I. F. p. 2. c. 11. def. 5. & 7.* Sed hæ non ſunt exceptiones à regula. Nec enim hi legitimi adminiſtratores noſtri ſunt, adeoque eorum jura non habent. Quamvis verò ab inventarii conficiendi neceſſitate immunis ſit noſter legitimus adminiſtrator; quia tamen omninò, finitâ hac adminiſtratione, bona reddenda ſunt liberis, proinde ut ſciri queat, quid in bonis eorum fuerit: quid reddi oporteat: an aliqua bona deficiant: ubi quærenda: juſtè & honeſtè intermittere non poteſt pater deſignationem bonorum. per adducta ab A. Rauchb. *p. 1. quæſt. 1. C. & S. 30. n. 32.* Frid. Pruckm. *d. l. n. 40.* Add. Munnotz. ab Eſcob. *de ratiocin. adminiſt. c. 9. n. 13.* nempe, ſi hoc liberi petierint, aut judex flagitaverit. Dn. Lauterb. *d. diſp. de uſufr. Patern. th. pen. inf.* ubi plures citat: & diverſimodè in hoc juris puncto loquentes conciliat cum Caſtill. & Carpz. Dn. Brunn. *ad l. 6. §. 2. C. de b. q. l.* Add. Harpr. *ad §. 1. I. de leg. agn. tut. n. 9. & ſeqq.* Idque facere debet ad diluendum omnem pravæ adminiſtrationis ſuſpicionem. Mev. *ad I. L. d. l. n. 7.* quæ quidem juramento ut aſſeveretur, neceſſe non eſt. Mev. *d. l. n. 10.* uti reſponderunt Lipſiens. JCti, referente & ſequente Finckelth. *obs. Pr. 26.* Jure Bavarico ſtatutum, quoad Nobiles, Doctores & Patricios patresf., ut in præſentia conſanguineorum deſignatio fiat ante anni lapſum à morte matris: quoad cæteros autem Cives & Ruſticos, ut coram Magiſtratu inſuper. Seb. Khrayſſer. *comp. Iur. Elect. Bavar. Landr. d. t. 1. art. 1. pag. 161.* Pro cautela enim pleriq; tradunt, ut per Notarium, in præſentia patris & filii & duorum amicorum, fiat, quæ non ſit manifeſtanda. *fac. l. 1. §. 24. de ventr. in poſſ. mitt.* Myns. *d. l. n. 7.* Aliter ſi ſtatueremus, quantæ contentiones orirentur de bonis liberorum, patre mortuô, præſertim ſi Novercam ſuperinduxiſſet? Dn. Brunn. *ad l. 1. ff. uſufr. quem cav. n. 15 junct. n. præced. 12. & ſeqq* Beſold. *delib. jur. ex d. lib. 2. ff. quæſt. 20.*

Non autem Deſignationis bonorum.

XXXIV.

III. *A juramenti ab initio adminiſtrationis præſtatione. arg. d. l. f. §. 4. in f. C. de b. q. l.* ſiquidem nullibi hanc à patref. exigi deprehendimus. In quam rem aliàs fidem ſuam pupillis & curandis Juſtinianeo & Romano-Germanico jure adſtringere neceſſe habent tutores & curatores. *l. 7. §. 5. C. de cur. fur. l. 27. C. de Ep. aud. Nov. 72. c. f. & inde deſumta auth. quod nunc generale. C. de cur. fur.* Ordin. Camer. *p. 1. tit. 75. & ſeq.* III. Iuramenti ab initio præſtationis.

XXXV.

IV. *A ſecuritatis ob adminiſtrationem tàm perſonali, quàm reali, præſtatione.* Nec enim, vel tutoriam vel uſufructuariam, ſatisdationem præſtat, ſeu ſalvam, per ſuam adminiſtrationem, rem liberorumf. fore, aut ſe iisdem uſurum fruiturum boni viri arbitratu, ac reſtituturum. Certè inverecundum eſſet, à ſacro patrisf. nomine exigere fidejuſſorem, nec ejus fide ex adminiſtratione contentum eſſe, cui priſtinæ leges, ex confidentia conſilii, votisque in familiæ commodum, merum & abſolutum dederant in his rebus imperium & dominium. *d. l. f. §. 4. in f. C. de b. q. l. d. l. 6. §. 2. C. eod.* Add. *l. Imperator. 50. ff. ad SCtm Treb. t. t. C. ne fidej. dot. dent.* Prærogativa hæc eſt uſusfructûs paterni præ aliorum. *l. 1. & t. t. ff. uſfr qu. cav.* Socin. Jun. *lib. 2. cons. 72. n. 2.* Pinell. *ad d. l. 1. part. 2. n. 19. ſeqq.* qui communem hanc eſſe opinionem dicunt. Scip. Gent. *de bon. mat. cap. 8.* Gail. *2. obſ. 145. n. 13.* Giph. *ad t. C. de b. q. l. p. m. 217.* Hering. *de fidej. c. 6. n. 77. & ſeq.* Rittersh. *in expos. Nov. part. 4. c. 4. n. 18.* Brunn. *ad l. 1. uſufr. qu. cav. n. 18.* Paterf. in hoc privilegiatus eſt. Hodiern. *ad Surdi decis. 109. in fin.* & cavendi neceſſitas ipſo jure ei remiſſa. Dn. Struv. *π. uſumfr. quem cav. th. 71.* Ampliatur hoc procedere 1.) ſive paterf. adminiſtrator poſſideat immobilia, ſive non. Quamvis enim judiciali ſatisdatione aliàs onerentur immobilia non poſſidentes. *arg. l. 15. ff. qui ſatisd. cog.* quid hoc tamen ad noſtrum adminiſtratorem, cujus paternam pietatem ſimpliciter à cautionibus exemit legislator *in d. l. f. §. 4.* ? Certè non minima injuria eſt, patremf., hominem frugi, utut immobilibus carentem, adigere ad id, à quo legum religio eundem excuſat. Confer Modeſt. Piſtor. *part. 1. quæſt. 1. C. & S. 33. per tot.* 2.) Sive adventitia in rebus uſu conſumtibilibus conſiſtant, ſ. non. *arg. d. l. f. §. 4.* Exiſtimat quidem Scipio Gentil. *d. l.* quia cautio in his rebus loco proprietatis cedat, eam præſtandam utique eſſe: quanquam qualem qualem, ob reverentiam, ſufficere debere, pro-

IV. Securitatis per ſatisdationem. *Ampliat.* 1. 2.

3\. pter l. 1. l. 2 ff. in jus voc. ut eant. 3.) Etiam jure Sax. quo quippe hoc mutatum non reperitur. fac. conſt. Elect. 25. part. 3. §. f. & ibi Dan. *Limitat.* Moller. n. 6. Hering de fidei. d. l. n. 81. Secus tamen eſt in patreſ.
1\. 1.) Dilapidante hæc bona. Tunc enim, niſi hac adminiſtratione privari velit, fidejuſſoribus cavere tenetur. Hering. d. l. n. 79. adeò, ut, ob hanc cauſam ſemel remotus, ampliùs non admittatur, etiamſi cautionem ita præſtare velit. Munnotz. ab Eſccb. de ratioc. d. c. 6. n. 8. Siquidem in caſu doloſæ adminiſtrationis etiam rationes reddere tenetur. Schultz.
2\. in addit. ad Mod. Piſt. p. 3. q. 126. n. 128. 2.) Ad ſecunda vota tranſeunte. Pinell. ad d. l. 1. C. de b. m. n. 31. p. 168. ob ceſſantem ſc. tunc juris confidentiam. l. hac edict. §. 1. C. de ſec. nupt. arg. l. 6. §. 1. & ibi Da. Brunn. C. ad SCtm Treb. Mev. ad I. L. p. 2. t. 2. art. 21. num. 14. Diſſent. Hodiern. ad Surdi decis. 106. n. 10. qui tantùm propter mobilia ſatisdationem exigi tunc autumat. Aliud tamen & diverſum nonnullis in lo-
3\. cis receptum. Ut Ulmæ. Ord. Ulm. d. p. 1. t. 4. §. 1. Recedunt 3.) hinc inde jura localia. D Ulmenſi. Vid. Ord Ulm. d. p. 1. t. 3 ibi: So ſoll der Mann in der Stadtbuch umb die Güter / ſo viel deren vom Weib hie ſeynd / Vertröſtung / Verſicherung thuen. Add. & tit. 6. Atque ſic inſignem hic iterum differentiam cernimus inter hunc adminiſtratorem noſtrum, & tutores & curatores, quos quippe ſatisdare regulariter teneri, conſtat ex t. t. I. de ſatisd. tut. t. t. ff. rem pup ſolv ſor t. t. C. de tut. vel cur. qui ſatis non ded. ubi Dd. Quamvis, ſi pater emancipati impuberis tutor eſt, aut mater, idem honor in hoc eisdem, qui patrono l. 5. §. 1. ff. de leg. tut. debetur, Frantzk. ad pr I. de ſatisd. tut. n. 15. Siquidem & tutoribus ab ipſis datis ſatisdatio remittitur. §. f. I. de tutel. l. 2. pr. l. 3. ff. de conf. tut. Modò tamen honeſta ipſorum perſona ſit, non indigens aut ſuſpecta, arg. d. l. 5. §. 1. cum Alber. de Roſat. & Tiraqu. Schrader. de feud. part. 10. ſect. 20. n. 329.

aut per hypothecam.

XXXVI.

Pari ratione nec realis ſecuritatis exactione, hypothecæ nempe expreſsâ conſtitutione, libertas ac plenitudo poteſtatis hujus impedienda eſt. d. l. 6. § 2. ibi: *non autem hypothecam filiiſ. adv. res patris viventis adhuc, ſeu jam mortui, ſperare audeant.* C. de b. q. l. Gloſs. ad d. l. 6. §. 2. verb. *non autem hypothecam.* Sed, cùm tamen liberiſ. inviti pleniſſimæ huic adminiſtrationi bona ſua relinquere teneantur, *an non ad minimum tacita, ſ. legalis hypotheca in bonis patriſf. adminiſtrantis, in ipſorum favorem, jure Rom. introducta eſt?* Ita eſt, ſed tantùm ob adminiſtratio-

An non tacita Hypotheca liberis competat? Ita: Sed

nem

nem maternorum & materni generis. *d. l. 6. §. f. C. de b. q. l. l. 8. §. f. C. de ſec. nupt.* (Concordat Statutum Francof. *Reform. Fr. d. p. 7. tit. 2. §. 9.*) non verò cæterorum bonorum. *d. l. 6. §. 2.* Scip. Gen. *de b. m. c. 8.* Giph. *ad d. l. C. de b. q. l. p. m. 216.* ubi rationem differentiæ rimatur. Bach. *tr. de pign. lib. 1. c. 9. n. 8.* Enenck. *d. tr. 4. 6. 9.* Perez. *C. de b. q. l. n. 10.* ubi dicit: *Datum hoc jus tacitæ hypothecæ in hoc caſu adv. res patris, ſi res maternas malè adminiſtraverit: ſi viri boni arbitratu non fuerit uſus, aut quid fecerit in fraudem filij.* Carpz. *1 F. p. 2. c. 24. d. 17. ubi in fine præjudicium.* Harpr. *ad d. §. 4. l. q. m. r. c. obl. num. 58.* Diſſentit, & ob cætera quoque adventitia eam locum habere, *ex d. l. f. §. f. verſ. cæteriſque donationibus.* docet Brunnem. *ad d. l.* niſi quòd pro lucris, quæ à liberorum matre, aut aliis de materno genere, quondam pervenerunt ad patrem, ipsô ad ſecunda vota tranſeunte, & ſic eorundem proprietatem amittente, retentô tantùm uſufructu, *l. 5. pr. C. de ſec. nupt. Nov. 22. c. 34.* pariter tacita hypotheca in bonis paternis, præſentibus & futuris, introducta eſt *in l. 8. §. f. C. de ſec. nupt.* ubi Dd. comm. uti & in matris rebus in caſu ſimili *l. 6. §. 2. C. eod.* Neguzant. *tr. de pign. membr. 4. part. 2. pr. n. 19. & ſeq.* Harpr. *ad §. 4. n. 64.* Initium autem capit, illa quidem, non à tempore malæ adminiſtrationis, ſed ſuſceptæ in genere. *d. l. 6. in f. ubi Gloſs.* Petr. Cyn. Barb. Bart. Salicet. Dn. Brunn. Gothofr. *ibid. lit. m.* Neguz. *d. l. n. 17.* Hodiern. *ad decis. Surd. 76. n. 6.* ubi ad caſum applicat. Ex eo enim tempore incipit in genere obligari, absque fraude & dolo adminiſtrare. Neguz. *d. l. n. 18.* Carpz. *1. F. p. 2. c. 24. def. 17. n. 3.* ſcil. proprietatem bonorum illorum, non verò uſumfructum. Hodiern. *d. l. n. 7.* Pinell. *d. l. n. 37.* Hæc verò à die, ex quo ad patrem res iſtæ pervenerunt. *d. l. 8. §. f. junct. d. l. 6. §. 2.* Ita tamen, ut, occaſione talium hypothecarum, parentum adminiſtrationem liberi non valeant perſcrutari, vel aliquam eis movere ſuper hoc quæſtionem: cùm perſpicui ſit juris, etiamſi alienata fuerint eorum bona, quæ extra memorata lucra vel maternas res ſunt, jus hypothecæ integrum iiſdem manere. *d. l. 8. §. f.* Vid. Mindan. *tr. de mand. jud. lib. 2. c. 49. n. 4.* Quæ verba Gloſſa, Bart. Bald. & cum iis Neguz. *d. l. n. 13.* Pinell. *d. l. p. 2. n. 33. & ſeqq.* Dn. Brunn. *ad d. l. 6 §. f.* intelligunt, quòd pro alienatis tantùm à patref. liberorum bonis, & mala ac fraudulenta adminiſtratione, data ſit hypotheca hæc, non autem pro culpa. Diſſent. Bach. *de pign. lib. 1. c. 9. n. 8.* Dn. Lauterb. *de leg. hyp. pag. 72.* An eadem hæc tacita hypotheca in patref. adminiſtrante materna, ſed uſumfr. eorundem non habente, obtineat? diſce-

in maternis & maternis generis.

Ejus initium.

An ead. competat, etſi maternorum Uſumfr. non habet, & tn. adminiſtrat.

ptatur

ptatur inter Dd. Affirmat id cum Bald. Novell. Neguz. d. l. n. 16. propter l. 20. & ibi Gloſſ. C. de adm. tut. Negat verò propter arg. ex l. 2. & t. t. ff. de neg. geſt. Harpr d. l. n. 59. Carpz. d. l. n. 7. & ſeq. Quamvis verò, cùm propter uſumfructum, quem patresf. in hiſce liberorum bonis habent, non ſit permiſſum, eorundem adminiſtrationem perſcrutari, durum videri velit, tacitam hypothecam in bonis patrisf., uſumfructum non habentis, ob adminiſtrationem horundem bonorum majorennium liberorum introducere velle, quæ in nullius extranei, alterius negotia gerentis, introducta legitur; quia tamen d. l. 6. §. f. indiſtinctè ob hæc bona adverſus res patris hypothecam introduxit, in nullo alio juris loco ad certum adminiſtrationis genus reſtrictam, meritò cum Dn. Lauterb. diſp. de tacit. pign. th. 39. de negativæ veritate dubitare liceat.

Quid circa hanc hypothecam jure Wirtemb.

XXXVII.

Diſpoſita verò de Subjecto, propter quod jus tacitæ hujus hypothecæ, in Jure Rom., competit, nonnihil mutata ſunt Jure Wirt.: quo quippe p. 2. t. 8. §. ebenmäſſig. & p. 4. t. von Verſicherung der Kinder / und welcher maſſen ihnen der nieſſenden Eltern Güter verpfändet. 10. f. 462. propter omnia adventitia, in quibus pater uſumfr. habet, hypotheca hæc generalis in omnibus, præſentibus & futuris, bonis parentum adminiſtrantium competit. Beſold. diſſ. ad d. p. 2. th. 35. Quod non obſervavit Plebſt. diſſ. ad d. p. th. 102. Sive liberi ſint majorennes, ſ. minorennes, non obſt. J. P. W. p. 4. t. 10. § Wir gebieten. Dn. Lauterb. ad d. p. 2. t. 8. n. 4. Quid verò tacita hæc hypotheca operetur, eleganter explicat Jus P. W. d. l. § Im Fall. Jure Sax. propter munera, in teſtimonium baptiſmi liberis data, Patengelt / etiam tacita hypotheca introducta eſt, teſte Carpz. I. F. p. 2. c. 24. d. ult. ubi & præjud. Cæterùm quid jure Saxon., & in Ord. quidem Judicij Elector. Sax. tit. 45. conſtitutum in hoc ſit, pluribus perſequitur Richter. tr. de jur. & priv. cred. diſp. 8. pag. 211. & ſeqq. Atque ſic iterum, inter adminiſtratorem noſtrum legitimum & tutores & curatores, non levis eſt differentia, quippe horundem bona pro adminiſtratione ſimpliciter & abſolutè ſunt obligata, d. l. 20. & ibi Dd. de adm. tut. etiamſi pater tutor eſſet: uti cum Berlich. p. 1. concl. 67. n. 14. & ſeqq. rectè ampliat Dn. Brunn. ad d. l. 6. §. f. Richter. d. l. aut aliàs tutorio nomine adminiſtraret. Carpzov. I. F. I. F. p. 1. c. 28. d. 113. n. 6. ubi præjudicium.

Saxon.

V. Decreti ad immobilium maximè alienationem.

XXXIIX.

V. A Decreti magiſtratûs ad rerum, etiam immobilium, etſi liberiſam. adhuc minorennes eſſent, alienationem adhibitionis neceſſitate: ubi

ad

ad eandem vi adminiſtrationis cum libera generali, quam habet. Vultej. *d. l. n. 23.* procedit: uti poteſt, neceſſitate liberorum, e. gr. ære alienô, id exigente. *d. l. f.* §. *4.* ibi: *Habeat pater licentiam, ex rebus hereditariis (primùm quidem mobilibus, ſin autem ea non ſufficiunt, ex immobilibus) ſufficientem partem, nomine filij, venundare.* C. *de b. q. l.* ubi nulla fit mentio decreti. Et cur decretum in tutorum & curatorum alienatione requiritur, quàm ut patris præſentiam aut voluntatem ſuppleat? *arg. l. 1.* §. *2. l. f. ff. de reb. eor. qui ſub tut. fac. l. 7.* §. *2. ff. eod.* Ant. Faber. *ad C. de b. q. l. def. 3. n. 8.* Quam ſententiam licet nonnulli (non quoad mobilia. Beſold. *de delib. jur. ex lib. 2. ff. quæſt. 20.* ſed immobilia) impugnent. Salicet. *in l. præſes. C. de transact.* Jaſon. *ib. n. 5.* Curt. Jun. *ib. n. 15.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubr. 6.* §. *5. n. 14.* ut veriſſimam tamen, & Juris analogiæ convenientem, rectè defendunt Azo in Summa. C. *de b. q. l.* Bald. *in l. 1. ff. de reb. eor. qui.* Tiraquell. *in l. ſi unquam. C. de revoc. donat. præfat. n. 28. ubi & num. ſeqq.* latè in utramque partem hanc quæſtionem examinat. Covarruv. *lib. 1. var. reſol. c. 8. n 6.* J. P. Surd. *cons. 451. n. 21.* Montan. *c. 33. n. 249.* Fachin. *6. controv. 40.* Affl ct. *decis. 393. n. 1.* Aſc. Clem. *d. tr. de patr. pot. c. 17. n. 9.* Gutierez. *p. 2. cap. 5. num. 22.* Carol. Molin. *conſil. 40. n. 27. pag. 192.* Maſcard. *de probat. concl. 1149. n. 18.* Joſeph. Lud. *d. decis. 13. n. 11. ubi plures allegat.* Bernh. Grævæ *2. conclus. 72. n. 4.* Gail. *2. obſ. 72. n. 14.* eamque, communem non tantùm eſſe, teſtatur Curt. Sen., ſed & receptam, Alciatus, referente & ſequente Hodierna *ad decis.* Surd. *179. n. 8.* imò receptiſſimam Pinel. *d. l. 1. C. de b. m. p. 3. n. 21.* adductis authoritatibus, adjectoque calculo ſuo: communi omnium propè calculo. Gœdd. *v. 1. cons. 27. n. 7. ubi plures adducit*: magis communem Beſold. *d. l.* Certè argumentum Saliceti ex *l. 3. C. de præd. min.* à patre, tutore aut curatore emancipati, ad patrem legitimum adminiſtratorem, quòd non procedat, vel hactenus propoſita abundè ſatis oſtendere poſſunt. Grævæ. *d. l. n. 5. & 8.* Beſold. *d. l.* ubi docet, eundem omnes ſolennitates juris, quibus alii tutores & curatores adſtringuntur, obſervare teneri, ſed, ſi tutor ſit emancipati. Aliter ſi ſtatueremus, adminiſtrandi hæc facultas non foret pleniſſima. Id tamen non negamus, decretum emtorem magis tutum conſtituere. per ea, quæ habet Peregrin. *de fideic. art. 40. n. 24.* Præſumitur enim in dubio, magiſtratum decretum interpoſuiſſe ex juſta & vera cauſa. Dd. *ad l. 5.* §. *1. ff. de prob.* J. P. Surd. *d. cons. 451. n. 28.* In *hoc Ducatu* ad cujuslibet rei immobilis, à quocunque factam, alienationem inſinuatione apud acta Ma- *Quid Iure* Wirtenb.?

Magiſtratûs opus eſſe, notum eſt, I. P. W. *p. 2. t. 13.* Francof. Statuto expreſsè ad hanc patris alienationem requiritur. *Reform. Francof. d. p. 7. t. 2. §. 9.* ibi: auſſerhalb Nothdurfft und rechtlicher Erkantnuß.

XXXIX.

VI. Rationum redditionis.

VI. Denique à *Rationum adminiſtrationis redditione*, ad quam, nec ea durante, nec finitâ, urgeri poteſt. *text. expreß. in d. l. f. §. 4. C. de b. q. l.* Eſſet hoc contra reverentiam, parenti, uſumfructum ex lege pleniſſimum habenti, debitam. *d. l.* Eſſet hoc vetare eum, in cujus poteſtate liberi ſunt, res eorum, quomodo voluerit, gubernare. *contra l. 6. §. 2. C. eod.* perſcrutari adminiſtrationem. *contra d. l. 8 §. f. C. de ſec. nupt.* & caſtigatorem parentis fieri, *contra Nov. 22. c. 24.* ubi dicitur: quòd hoc ſtatuere lex erubeſcat. Cujusm. rationes reddunt Gœdd. *tr. de contr. ſtip. c. 7. n. 52. junct. n. 50.* Carpzov. *l. F. p. 2. c. 11. def. 5. n. 2. & ſeq.* Qui propterea ab iisdem patremf. adminiſtratorem legitimum penitùs immunem pronunciant, & cum iis alii quoq;. Bald. *in l. Orphanotrophos. 32. n. 7. C. de Epiſc. & Cler.* Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. fin. vers. quod in patre.* Rol. à Valle *de Invent. conſ. p. 2. qu. 23. n. 3.* Pinel. *ad d. l. 1. C. de b. m. n. 19. pag. 162.* Myns. *d. 2 O. 93. n. 5.* Gail. *2. O. 72. num. 15. & 16.* Alex. *3. cons. 110. n. 22.* Scip. Gent. *de bon. mat c. 12.* A. Rauchb. *d. p. 1, q. 30. n. 32.* Tiraq. *ad l. ſi unq. præfat. n. 29. C. de revoc. donat. ubi plures allegat.* Brunn. *ad d. l. 6. §. 2. C. de b. q. l & ad l. 1. ff. uſufr. quem cav. n. 18.* Et hoc etiam jure *Saxon.* obtinere, tradit Dan. Moll. *ad Conſt. El. 25. p. 3. §. f.* Nec aliud Jure *Wirtenb.* conſtitutum legimus; niſi, quòd ſolenne inventarium conficiendum hoc jure ſit, ut aliquando, finitâ adminiſtratione, ſecundum id rerum reſtitutio fieri queat. Quod *ampliatur* procedere, etiamſi culpabiliter verſetur in adminiſtratione. N guz. *d. l. n. 14.* quòd tamen de culpa levi verùm eſſe, ex infra dicendis apparebit. *Limitant* tamen communiter, non obtinere in caſu, quo pater, ex poteſtatis ſuæ abuſu, dolosè verſatur in adminiſtratione & dilapidationis timor eſt. Signorol. de Homod. *cons. 135. n. 5. & ſeqq.* poſt Alex. Schultz. Modeſt. Piſt. *d. p. 3. qu. 126. n. 128.* Pinel. *ad l. 1. C. de b. m. p. 2. n 33.* Neguz. *d. l.* Aſc. Clem. *d. tr. c. 17. n. 8.* ubi alleg. Bart. Bald. & alios, cum Corn. Vinc. Honded. *v. 1. cons. 59. n. 19.* tunc ob delictum licentia datur filiof., agendi contra patremf., ut aut rationem reddat, aut adminiſtrationem deponat. Dd. *ad d. l. 6. §. f.* Gœdd. *d. l. n. 50.* Præterea *limitandum*, quòd finitâ adminiſtratione ad reſtitutionem proprietatis & ſubſtantiæ bonorum horundem, aut quantitatis, teneatur. Adeoq; hoc reſpectu ad Rationes: quia fru-

Jure etiam Saxon. Wirtemb.

Ampliat.

Limitat. 1.

2.

fruſtratoria aliàs eſſet alienationis prohibitio & tacitæ hypothecæ conſtitutio. Mindan. *d. l. n. 4.* Boër. *decis. 61. n 19.* Remiſsâ enim Rationum reddendarum neceſſitate, non eſt remiſſa neceſſitas reſtituendi ea, quæ ad adminiſtratorem perveniſſe probantur: ſive in rem ſuam, ſ. non, converterit. *l. 9. l. 20. in f. ff. de liber. leg.* Harpr. *ad d. §. 1. l. de uſufr. num. 30.* Ad reddenda ergò tunc ipſi filio bona adſtringitur. Munnotz. ab Eſcob. *d. tr. de ratiocin. admin. c. 3. n. 23.* In quo iterum inter adminiſtratorem noſtrum & tutores ac curatores differentia occurrit magna. Hos enim ad adminiſtrationis rationes teneri, notiſſimum eſt, vel *ex t. t. ff. de tut. & rat. diſtr.* Et jure Rom. Germ. nunc quotannis, *per R. I. de Ao. 1548. tit.* von Pupillen. O. P. Wirt. *tit. 34. §. 6. & t. 42. §. 3.* Quod procedit, etiamſi pater tutor eſſet filii emancipati, aut curator, *per l. 5. & ibi* Dd. *C. de transact.* Tiraq. *d. l. n. 29.* Schultz. *d. l. n. 129.* Gail. *2. obs. 72. num. 15.* Mind. *d. tr. d. mand. jud. lib. 2. c. 49. n. 4.* Pinel. *d. p. 2. n. 27.* Brunnem. *ad d. l. 1. d. n. 18.* aut aliàs etiam majorennis bona, in quibus planè nihil juris habet, adminiſtraret. *l. 37. §. 2. ff. de N. G.* Aſcan. Clem. *d. tr. c. 7. n. 8. & cap. 19. n. 51.* Menoch. *de A. I. Q. cas. 209. n. 7.* Mindan. *d. l.* Munnotz. *d. l.* Et Bartol. *ad d. l. 37. §. 2.* ait, de facto ſe vidiſſe, quòd pater de adminiſtratione præbendæ rationem reddere fuerit compulſus. referente Mind. *d. l.* *Differentia hinc ab adminiſtratione Tutorum. Curatorum. etſi talis ſit pater.*

XL.

Finem introductionis hujus Adminiſtrationis Legitimæ alium eſſe non arbitramur, quàm qui ipſius Patriæ poteſtatis, nempe ut familiæ commoda per eandem conſerventur: ut: patrif. uſufructuario ſua conſtet autoritas & reverentia. Gœdd. *d. l. n. 52.* & liberif de utili ac ſalubri adminiſtratione rerum ſuarum tantò certiores eſſent. Qui finis facilè, ex hactenus dictis colligi poteſt. Hæc de adminiſtratione hac Legitima conſtituenda. *Adminiſtrationis Finis.*

XLI.

Conſtituta, ex ſuis cauſis, conſideranda venit ex *Effectibus & Diſſolutione.* Quantùm ad Effectus, habet virtute hujus facultatis Paterf. in *genere* in rebus hiſce adventitiis poteſtatem dominio ferè proximam. *d. l. 1. & l. 2. & ibi Dd. C. de b. m* verſatur circa has res, ac ſi ſolidum profectumq; dominium ei acquiſitum ſit: ut ſunt verba *d. l. 1.* Vid. Scip. Gent. *d. tr. de bon. mat. c. 12.* tanta eſt adminiſtratio hæc patrisf. Gœdd. *de contrah. ſtip. cap. 10. concl. 4. n. 50.* adeò ut ambo, pateif. & filius, ſimul domini appellentur. Pinel. *l. 1. p. 3. n. 10.* &, ex generali regula, ipſi facultas ſit expediendi eandem, uti collibitum, de qua Frid. Pruckm. *v. 1. cons. 3. num. 10.* *Conſideratur inſuper ut Conſtituta, & ita quoad I. Effectus in genere.*

Digitized by Google

feud. p. 10. ſect. 17. num. 4. ſed & communiter receptam eſſe, ex Roland. à Valle atteſtatur. Modò tamen non in legitima etiam adimatur uſusfructus, *d. Nov. 117. c. 1.* per latè, in utramque partem, deducta, & Dd. authoritatibus firmata, à Dn. Brunn. *ad auth. excipitur. C. de b. q. l.* poſt Hippol. Riminald. *ad d. §. 1. I. p. q. perſ. c. acq. n. 101.* Quanquam ab hac ſententia recedat Berlich. *p. 1. decis. 137.* cum aliis ibi citatis, ubi contrariam veriorem & in judiciis receptiorem, appellat, & ſequitur Mev. *p. 7. decis. 356. n. 2.* Et hoc ipſum irregulare adventitium confirmavit etiam J. Prov. Würt. *d. p. 4. t. 9.* §. Wo auch. niſi quòd forſan expreſſam declarationem, quòd patri non quæratur uſusfructus, requirat ibidem. Beſold. *diſp. ad d. part. 4. I. P. Würt. thes. 52.* A *Lege* verò ademptus cernitur in caſibus, quos I. *ex l. 7. C. de b. q. l.* II. *ex l. f. pr. §. 1. & 2. C. eod.* III. *ex d. l. fin. vers. in ſervis. §. fin. C. eod.* IV. *ex Nov. 118. c. 2. & inde deſumpta auth. item hereditas. C. eod.* à quo diverſum quid habet J.P.W. *d. l.* §. wann jedoch. *junct. §. prae.* V. ex *Nov. 134. c. 11. & inde deſumpta auth. idem eſt. C. eod.* latè deducit Dn. Lauterb. *in diſp. de adventit. irreg. th. 10 & ſeqq.*

vel Lege.

XXIIX.

Iura circa hoc hinc inde variant.

Hæc quidem Jure Rom. communi ita ſe habent. Variant autem *jura recentiora* hinc inde circa adminiſtrationis hujus objectum. Sanè *Gallorum* moribus adventitia omnia filios in ſolidum, ſeu pleno jure, ſibi acquirere, teſtatur Chaſſan. *in conſuet. Burgund. §. 5. tit. des enfans de pluſieurs licts ad vers. & fait les fruictz.* Petr. Greg. Tholos. *ſyntagm. 11. c. 8. n. 21.* Idem de moribus *Belgarum* Gudel. *de jure noviſſ. lib. 1. c. 14.* Vinn. *ad §. 1. I. per q p. c. acq. in fin.* Jure *Lubecenſi* liberorum, per diviſionem à patre, cùm uſumfructum eorum non habeat, abdicatorum bona minimè patrem, ſed vel tutores adminiſtrare, vel ipſos moderari, ſi juſtæ ætatis ſunt, oſtendit Mev. *ad Ius Lub. p. 2. t. 2. art. 2. n. 121.*

XXIX.

Quid ſi tamen Paterf. ejusmodi bona adminiſtraret?

Coronidis igitur loco in genere tenendum, quòd, quorum bonorum adventit. uſus fr. ita, ab homine vel à lege, ademptus patrif. eſt, eorum legitimus adminiſtrator Pater non ſit: ſed, ſi ſponte ignorante fil. ô adminiſtrat, circa talem adminiſtrationem jura, quæ de negotiorum geſtoribus aliàs conſtituta, obtineant: uti rectè obſervavit Harppr. *ad §. 4. I. quib. mod. re contrah. oblig. n. 59.* Sic ſi propter imperfectam liberorum ætatem adminiſtrationem bonorum horundem ſubiret, curatorum jura tunc locum haberent. In quibus enim caſibus filiusf. minor curatorum

rum

rum auxiliô indiget, pater hujus vices ſuſtinet. *arg. l. f. pr. C. de cur. fur. l. f. §. 1. C. de b. q. l.* Carpz. *5. Reſp. 84. n. 7.* Quòd ſi autem præter uſumfructum etiam adminiſtratio ipſi adempta, ab omni adminiſtratione abſtinere debet, etſi minorennis adhuc eſſet filiusf.: aut aliàs curatore indigeret: nempe propter ſuſpicionem ſiniſtram. Dn. Brunn. *ad d. auth. excipitur.* Hujusm. autem lex, rebus ita à teſtatore aut donatore dicta, patribusf. valdè exoſa eſſe ſolet, & pudorem eorundem gravare. Referre hîc operæ pretium cenſemus verba Rittershuſii *in expos. Nov. d. part. 8. c. 8.* quæ, huc pertinentia, hæc: *Eſt quidem hoc ſubturpiculum patri, quòd ſic removetur & excluditur, non ſolùm ab uſufructu, ſed etiam adminiſtratione bonorum adventitiorum filijf.: interim verò utile eſt filio; pater verò ſibi imputet, qui rem eò devenire fortaſſe permiſerit, ut ejusm. conditioni adjiciendæ occaſionem præbuerit: ſive diſſolutione vitæ ac morum, ſive inimicitiis ac ſimultatibus, quas cum teſtatore vel donatore exercuit. Nam ſi pater neque prodigus ſit, neque inimicus teſtatori vel donatori, tum vel non facilè crediderim, ejusmodi legem rebus, filiof. legatis vel donatis, adjectum iri.*

Quid ſi Patriſ. præter uſumfructum etiam adminiſtratio expreſsè adempta?

XXX.

Sequitur Legitimæ hujus Adminiſtrationis Forma ſeu Differentia Specifica, quæ conſiſtit in facultate ac poteſtate liberrima ac pleniſſima, res haſce liberorū f., ex ſuo animo, gubernandi moderandiq;: ſcil. ſine Decreti magiſtratûs ad juris hujus exercitium: ſine inventarii conficiendi: cautionem ac juramentum præſtandi: decreti magiſtratûs alienationibus immobilium, aut aliarum ſimilium, rerum adhibendi: rationes reddendi: neceſſitate & onere. Perez. *C. de bon. quæ lib. num. 10.* 1.) *Facultatem ac poteſtatem adminiſtrandi*, gubernandi ac moderandi: dico cum Imper. *in d. l. 6. §. 2. C. de b. q. l.* ibi: *poteſtatem uti frui gubernare res, prædicto modo acquiſitas.* Quo ipſo mox ſecernitur hoc jus à veteri illo, quod patrifamil. in res haſce competebat, conſiſtente in dominio, & ſic planè abſoluta, & arbitraria poteſtate, *d. §. 1. I. per q. p. c. acq. l. 21. C. mand.* in facultate non adminiſtrandi tantùm, ſed easdem res pro lubitu etiam perdendi, iisd. abutendi, *arg. l. 25. §. 11. ff. de her. pet. arg. §. f. I. de his, qui ſui.* eas alienandi in quemvis, *d. §. 1. I. p. q. p. c. acq.* Qualis hæc noſtra facultas non eſt. Licet enim quaſi domini loco ſit Patri. *l. 1. C. de b. m.* non aliter tamen, quàm quatenus ſe intra terminos adminiſtrationis continet; non cùm ſpoliat. *arg. l. 27. ff. de adm. tut. arg. d. §. 1. I. p. q. p. c. acquir.* Hæc enim facultas adminiſtratoriæ

Adminiſtrationis hujus Forma *ſeu* Differentia Specifica. *quæ conſiſtit in facultate* 1. adminiſtrandi. *non, ut quondam,* dominandi.

cujuscunque facultati ſemper opponitur. *l. 7. pr/ ff. de donat. l. 7. §. 3. ff. per empt. l. 28. §. f.* & ibi Gloſs. Bart. Jaſon & alii. *ff. de pact.* Vultej. *v. 1. Cons. Marpurg. 27. n. 39.* In hoc verò adhuc convenit cum poteſtate tutoria, maximè cum curatoria, quare 2.) additur, quòd conſiſtat *in pleniſſima poteſtate tali. d. l. 6. §. 2.* ibi: *pleniſſimam poteſtatem gubernare. C. de b. q. l.* tanquam ſolidum perfectumque dominium eis acquiſitum fuiſſet: ut conſtituit Conſtantinus *in d. l. 1. C. de b. m.* certè in poteſtate dominio proxima. Vid. Scip. Gent. *tr. de bon. mat. c. 12.* ita ut ex proprio animo facere poſſit, tanquam in re ſua. *dd. texx. junct. l. 21. C. mand.* Pinell. *ad d. l. 1. p. 2. n. 10. C. de b. m.* Enenck. *d. tr. pr. 4. c. 4. n. 1. ſeqq.* & ſi res hæ in pecunia conſiſtunt, eandem in proprios uſus licitè convertere, indeque res proprio nomine comparare. Hartm. Piſtor. *lib. 1 q. 7. n. 15. & ſeq. & n. 20.* Hanc verò pleniſſimam poteſtatem adminiſtrandi tutores & curatores non habere, ſequentia oſtendent: & vel ex eo patet, quòd non, niſi cum maximo culpæ vitio, pecuniam pupilli in proprium uſum convertere poſſit tutor. Hartm. Piſtor. *d. l. n. 20.*

2. Pleniſſima & Liberrima.

XXXI.

Immuni hinc à neceſſitate I. Decreti Magiſtratus. ad exercitium Adminiſtrationis.

Hæc autem patriæ poteſtatis in adminiſtrando res haſce conceſſa à lege plenitudo immunem eum facit I. à *Decreti Magiſtratûs, ad exercitium hujus adminiſtrationis impetrandi, neceſſitate*, quo aliàs tutores & curatores opus habent novo Germ. Jure, per Conſtit. Imp. Polit. de anno 1548. & 1577. tit. von Pupillen und Minderjährigen. ad ſuſcipiendam injunctam jam, à teſtatore, lege & magiſtratu, muneris adminiſtrationem plenariam. Licet liberif., acquirentes hujusmodi bona, ſint minorennes adhuc. Liberrima enim aliàs non foret, exiſtente in medio hoc impedimento. nec ullibi novo hoc jure de patribusf. hoc cautum legitur. Beſold. *in delib. ex lib. 2. ff. quæſt. 20.*

XXXII.

II. Inventarii Confectionis.

II. Ab *Inventarij confectione.* Quamvis enim Tutores & Curatores omnes, etſi pater ipſe filii emancipati talis eſſet. latè Harpr. *ad pr. & §. 1. l. de leg. agn. tut. n. 9. & ſeqq.* aut mater. poſt Montan. *de tutel. c. 32. reg. 5. n. 24.* Brunn. *ad l. f. §. 1. C. arbitr. tut.* mox, quàm fuerint ordinati. *l. 24. C. de adm. tut. d. l. ult. §. 1. C. arb. tut.* ad inventarii confectionem teneantur, adeò, ut ante eam nihil, quod eſt plenariæ adminiſtrationis, attingere debeant. *l. 7. pr. & ibi Dd. ff. de adm. tut.* & adverſus ſecus facientes præſumtio doli oriatur, ob quam ab officio cum infamia removeantur, & ad intereſſe curandis, per juramentum in litem æſtimandum,

præter

præter alias pœnas, obligentur. *d. l. 7. pr. l. 4. C. de in lit. jur. & l. f. §. 1.* C. *arb. tut.* Reichs Abſchied. *de Anno 1512. tit.* von Pupillen. Brunn. *ad d. ll. 7. pr.* quamvis & Uſufructuarius aliàs inventarium & deſcriptionem bonorum conficere debet, Alex. *3. cons. 58 num. 8.* Aſcan. Clem. *de p. p. c. 7. in fin.* Beſold. *ad Ius Provinc. Wirtenb. p. 4. num. 12.* noluere tamen leges in paternam reverentiam (cui tantum quondam priſci legumlatores tribuerant, ut crediderint, quicquid circa res, à liberisf. acquiſitas, fecerint, etiam perdendo & abutendo, hoc non eſſe taxandum) tam injurioſæ eſſe, ut propterea patremf., implicitum utique intereſſe ſuum propter uſumfructum habentem, ſubjicere voluerint tam gravi ſuſpicioni. Quare nullibi inventarii conficiendi neceſſitas ipſi impoſita legitur: & cùm, ut mox dicetur, ſanctitas legum etiam à ratiociniis eum excuſet. *d. l. f. §. 4. in f. C. de b. q. l.* quorum cauſa inventarium, ut nempe ſit eorum caput, fieri debet: cur patremf. ad id adigere debuiſſent? Vid. Menoch. *A. I. Q. cas. 208. n. 24.* De Inventario autem quando loquuntur leges, intelligunt Dd. de conſignatione bonorum, ſub præſentia publicarum perſonarum ſolenniter facta. *d. l. 24. C. de adm. tut.* publicè. *d. l. f. §. 1. C. arbitr. tut.* Et hanc ſententiam defendunt poſt Cyn. Bald. Gloſs. Rol. à Valle *in tr. varior. author. de inventar. benef. qu. 40.* Pinell. *ad d. l. 1. p. 2. n. 21.* Giph. *ad tit.* C. *de b. q. l. p. 217.* Frid. Pruckm. *v. 1. cons. 48. n. 41.* Dn. Brunn. *ad d. l. f. §. 1. C. arbitr. tut.* cum Boër. Mev. *ad l. L. p. 2. t. 2. c. 49. n. 7.* Ludwell. *in tr. de ult. vol. ad d. l. 6. §. 1. & 2. C. de b. q. l.* Mindan. *de mand. jud. lib. 2. c. 49. n. 4.* Quæ etiam in Camera approbata eſt, teſte Myns. *2. O. 93. n. 2.* & de jure Sax. quoque eam obſervari, tradit Moller. *ad Conſt. Elect. 25 p. 3. §. f.* Modeſt. Piſtor. *p. 1. q. 33. & q. 126.* At jure Wirt. aliud. J. P. W. *p. 4. tit. 10. §. f.* ibi: Weßwegen denn die Inventaria darinnen der Kinder hinterſtällige Haab und Güter ordenlich verzeichnet / (vermöge unſer hieroben angeſetzten Verordnungen) hinder den Waiſen Gerichten wol verwahrt bleiben / und thuen / nach derſelben Inhalt / iederzeit völlige Lieferung beſchehen ſolle.

Solemnis.

XXXIII.

Exceptiones. I.

Quoties tamen hæc vis præſumtionum, pro patref. militantium, ceſſat, aut certè valdè imminuitur, utique à judice ad inventarium conficiendum compelli poteſt. Id quòd locum habet in caſu 1.) perverſæ patrisfam. in his bonis converſationis: in periculo diſſipationis & alienationis bonorum horundem. Mynſing. *d l. num. 6.* Mindan. *dict. l.* poſt Berlich. Heeſer, Carpzov, Fuchs. *tr. de Invent. cap. 3. num. 125.*

2. 2.) Secundarum nuptiarum à patref. contractarum, poſt Heeſer. Fuchs, *d. l. n. 4.* Mev. *ad I. L. p. 2. t. 3. art. 21. num. 13. ſeq.* ubi de jure Lubec. P. Chriſtin. *v. 1. decis. Belg. 101. n. 5. ſeqq.* Diſſent. Hodiern. *ad Surdi decis. 106. n. 10.* quoad bona immobilia. Et apud JCtos hoc controverſum eſſe, teſtatur Reform. Francof. *d. p. 7. t. 2. §. 10.* in hoc caſu ibidem inventarium requirens: imò etiam extra eundem. Alias limitationes ſubjungunt nonnulli: nempe quòd non procedat in patre tutore emancipati impuberis. Gail. *2. O. 72. n. 15.* item in patref. non uſufructuario horundem bonorum. Rol. à Valle *d. l. quaſt. 41.* Item in patref. adminiſtratore caſtrenſis aut quaſi caſtrenſis peculii, Fuchs. *d. l. n. 123.* Item in matre adminiſtratrice aut tutrice liberorum. Carpzov. *1. F. p. 2. c. 11. def. 5. & 7.* Sed hæ non ſunt exceptiones à regula. Nec enim hi legitimi adminiſtratores noſtri ſunt, adeoque eorum jura non habent. Quamvis verò ab inventarii conficiendi neceſſitate immunis ſit noſter legitimus adminiſtrator; quia tamen omninò, finitâ hac adminiſtratione, bona reddenda ſunt liberis, proinde ut ſciri queat, quid in bonis eorum fuerit: quid reddi oporteat: an aliqua bona deficiant: ubi quærenda: juſtè & honeſtè intermittere non poteſt pater deſignationem bonorum. per adducta ab A. Rauchb. *p. 1. quaſt. 1. C. & S. 30. n. 32.* Frid. Pruckm. *d. l. n. 40.* Add. Munnotz. ab Eſcob. *de ratiocin. admin:ſt. c. 9. n. 13.* nempe, ſi hoc liberi petierint, aut judex flagitaverit. Dn. Lauterb. *d. diſp. de uſufr. Patern. th. pen. in f.* ubi plures citat: & diverſimodè in hoc juris puncto loquentes conciliat cum Caſtill. & Carpz. Dn. Brunn. *ad l. 6. §. 2. C. de b. q. l.* Add. Harpr. *ad §. 1. I. de leg. agn. tut. n. 9. & ſeqq.* Idque facere debet ad diluendum omnem pravæ adminiſtrationis ſuſpicionem. Mev. *ad I. L. d. l. n. 7.* quæ quidem juramento ut aſſeveretur, neceſſe non eſt. Mev. *d. l. n. 10.* uti reſponderunt Lipſiens. JCti, referente & ſequente Finckelth. *obs. Pr. 26.* Jure Bavarico ſtatutum, quoad Nobiles, Doctores & Patricios patresf., ut in præſentia conſanguineorum deſignatio fiat ante anni lapſum à morte matris: quoad cæteros autem Cives & Ruſticos, ut coram Magiſtratu inſuper. Seb. Khrayſſer. *comp. Iur. Elect. Bavar. Landr. d. t. 1. art. 1. pag. 161.* Pro cautela enim pleriq; tradunt, ut per Notarium, in præſentia patris & filii & duorum amicorum, fiat, quæ non ſit manifeſtanda. *fac. l. 1. §. 24. de ventr. in poſſ. mitt.* Myns. *d. l. n. 7.* Aliter ſi ſtatueremus, quantæ contentiones orirentur de bonis liberorum, patre mortuô, præſertim ſi Novercam ſuperinduxiſſet? Dn. Brunn. *ad l. 1. ff. uſufr. quem cav. n. 15 junct. n. praced. 12. & ſeqq* Beſold. *delib. jur. ex d. lib. 2. ff. quaſt. 20.*

Non autem Deſignationis bonorum.

XXXIV.

III. *A juramenti ab initio adminiſtrationis præſtatione. arg. d. l. f. §. 4. inf. C. de b. q. l.* ſiquidem nullibi hanc à patref. exigi deprehendimus. In quam rem aliàs fidem ſuam pupillis & curandis Juſtinianeo & Romano-Germanico jure adſtringere neceſſe habent tutores & curatores. *l. 7. §. 5. C. de cur. fur. l. 27. C. de Ep. aud. Nov. 72. c. f. & inde deſumta auth. quod nunc generale. C. de cur. fur. Ordin. Camer. p. 1. tit. 75. & ſeq.* III. Juramenti ab initio præſtationis.

XXXV.

IV. *A ſecuritatis ob adminiſtrationem tàm perſonali, quàm reali, præſtatione.* Nec enim, vel tutoriam vel uſufructuariam, ſatisdationem præſtat, ſeu ſalvam, per ſuam adminiſtrationem, rem liberorumf. fore, aut ſe iisdem uſurum fruiturum boni viri arbitratu, ac reſtituturum. Certè inverecundum eſſet, à ſacro patrisf. nomine exigere fidejuſſorem, nec ejus fide ex adminiſtratione contentum eſſe, cui priſtinæ leges, ex confidentia conſilii, votisque in familiæ commodum, merum & abſolutum dederant in his rebus imperium & dominium. *d. l. f. §. 4. inf. C. de b. q. l. d. l. 6. §. 2. C. eod.* Add. *l. Imperator. 50. ff. ad SCtm Treb. t. t. C. ne fidej. dot. dent.* Prærogativa hæc eſt uſusfructûs paterni præ aliorum. *l. 1. & t. t. ff. uſfr qu. cav.* Socin. Jun. *lib. 2. conſ. 72. n. 2.* Pinell. *ad d. l. 1. part. 2. n. 19. ſeqq.* qui communem hanc eſſe opinionem dicunt. Scip. Gent. *de bon. mat. cap. 8.* Gail. *2. obſ. 145. n. 13.* Giph. *ad t. C. de b. q. l. p. m. 217.* Hering. *de fidej. c. 6. n. 77. & ſeq.* Rittersh. *in expos. Nov. part. 4. c. 4. n. 18.* Brunn. *ad l. 1. uſufr. qu. cav. n. 18.* Paterf. in hoc privilegiatus eſt. Hodiern. *ad Surdi decis. 109. in fin.* & cavendi neceſſitas ipſo jure ei remiſſa. Dn. Struv. *π. uſumfr. quem cav. th. 71.* Ampliatur hoc procedere *Ampliat.*
1.) ſive paterf. adminiſtrator poſſideat immobilia, ſive non. Quamvis enim judiciali ſatisdatione aliàs onerentur immobilia non poſſidentes. *arg. l. 15. ff. qui ſatisd. cog.* quid hoc tamen ad noſtrum adminiſtratorem, cujus paternam pietatem ſimpliciter à cautionibus exemit legislator *in d. l. f. §. 4.*? Certè non minima injuria eſt, patremf., hominem frugi, utut immobilibus carentem, adigere ad id, à quo legum religio eundem excuſat. Confer Modeſt. Piſtor. *part. 1. quæſt. I. C. & S. 33. per tot.* 1.
2.) Sive adventitia in rebus uſu conſumtibilibus conſiſtant, ſ. non. *arg. d. l. f. §. 4.* Exiſtimat quidem Scipio Gentil. *d. l.* quia cautio in his rebus loco proprietatis cedat, eam præſtandam utique eſſe: quanquam qualem qualem, ob reverentiam, ſufficere debere, pro- 2.

IV. Securitatis per ſatisdationem.

tiem maternorum & materni generis. *d. l. 6. §. f.* C *de b. q. l. l. 8. §. f* C. *de ſec. nupt.* (Concordat Statutum Francof. *Reform Fr. d. p. 7. tit. 2. §. 9.*) non verò cæterorum bonorum. *d. l. 6. §. 2.* Scip. Gent. *de b. m. c. 8.* Giph. *ad d. l.* C. *de b. q. l p. m. 216.* ubi rationem differentiæ rimatur. Bach. *tr. de pign. lib. 1. c. 9. n. 8.* Enenck. *d. tr. 4. 6. 9.* Perez. C. *de b. q. l. n. 10.* ubi dicit: *Datum hoc jus tacitæ hypothecæ in hoc caſu adv. res patris, ſi res maternas malè adminiſtraverit: ſi viri boni arbitratu non fuerit uſus, aut quid fecerit in fraudem filij.* Carpz. *1 F. p. 2. c. 24. d. 17. ubi in fine præjudicium.* Harpr. *ad d. §. 4. l. q. m. r. c. obl. num. 58.* Diſſentit, & ob cætera quoque adventitia eam locum habere, *ex d. l. f. §. f. verſ. cæteriſque donationibus.* docet Brunnem. *ad d. l.* niſi quòd pro lucris, quæ à liberorum matre, aut aliis de materno genere, quondam pervenerunt ad patrem, ipſô ad ſecunda vota tranſeunte, & ſic eorundem proprietatem amittente, retentô tantùm uſufructu, *l. 5. pr.* C. *de ſec. nupt. Nov. 22. c. 34.* pariter tacita hypotheca in bonis paternis, præſentibus & futuris, introducta eſt *in l. 8. §. f.* C. *de ſec. nupt.* ubi Dd. comm. uti & in matris rebus in caſu ſimili *l. 6. §. 2.* C. *eod.* Neguzant. *tr. de pign. membr. 4. part. 2. pr. n. 19. & ſeq.* Harpr. *ad §. 4. n. 64.* Initium autem capit, illa quidem, non à tempore malæ adminiſtrationis, ſed ſuſceptæ in genere. *d. l. 6. in f. ubi Gloß.* Petr. Cyn. Barb. Bart. Salicet. Dn. Brunn. Gothofr. *ibid. lit. m.* Neguz. *d. l. n. 17.* Hodiern. *ad decis. Surd. 76. n. 6.* ubi ad caſum applicat. Ex eo enim tempore incipit in genere obligari, abſque fraude & dolo adminiſtrare. Neguz. *d. l. n. 18.* Carpz. *1. F. p. 2. c. 24. def. 17. n. 3.* ſcil. proprietatem bonorum illorum, non verò uſumfructum. Hodiern. *d. l. n. 7.* Pinell. *d. l. n. 37.* Hæc verò à die, ex quo ad patrem res iſtæ pervenerunt. *d. l. 8. §. f. junct. d. l. 6. §. 2.* Ita tamen, ut, occaſione talium hypothecarum, parentum adminiſtrationem liberi non valeant perſcrutari, vel aliquam eis movere ſuper hoc quæſtionem: cùm perſpicui ſit juris, etiamſi alienata fuerint eorum bona, quæ extra memorata lucra vel maternas res ſunt, jus hypothecæ integrum iiſdem manere. *d. l. 8. §. f.* Vid. Mindan. *tr. de mand. jud. lib. 2. c. 49. n. 4.* Quæ verba Gloſſa, Bart. Bald. & cum iis Neguz. *d. l. n. 13.* Pinell. *d. l. p. 2. n. 33. & ſeqq.* Dn. Brunn. *ad d. l. 6 §. f.* intelligunt, quòd pro alienatis tantùm à patref. liberorum bonis, & mala ac fraudulenta adminiſtratione, data ſit hypotheca hæc, non autem pro culpa. Diſſent. Bach. *de pign. lib. 1. c. 9. n. 8.* Dn. Lauterb. *de leg. hyp. pag. 72.* An eadem hæc tacita hypotheca in patref. adminiſtrante materna, ſed uſumfr. eorundem non habente, obtineat? diſce-

ptatur

in maternis & materni generis.

Ejus initium.

An ead. competat, etſi maternorum uſumfr. non habet, & tn. adminiſtrat.

ptatur inter Dd. Affirmat id cum Bald. Novell. Neguz. *d. l. n. 16.* propter *l. 20. & ibi Gloß. C. de adm. tut.* Negat verò propter *arg. ex l. 2. & t. t. ff. de neg. geſt.* Harpr *d. l. n. 59.* Carpz. *d. l. n. 7. & ſeq.* Quamvis verò, cùm propter uſumfructum, quem patresf. in hiſce liberorum bonis habent, non ſit permiſſum, eorundem adminiſtrationem perſcrutari, durum videri velit, tacitam hypothecam in bonis patrisf., uſumfructum non habentis, ob adminiſtrationem horundem bonorum majorennium liberorum introducere velle, quæ in nullius extranei, alterius negotia gerentis, introducta legitur; quia tamen *d. l. 6. §. f.* indiſtinctè ob hæc bona adverſus res patris hypothecam introduxit, in nullo alio juris loco ad certum adminiſtrationis genus reſtrictam, meritò cum Dn. Lauterb. *diſp. de tacit. pign. th. 39.* de negativæ veritate dubitare liceat.

XXXVII.

Quid circa hanc hypothecam jure Wirtemb.

Diſpoſita verò de Subjecto, propter quod jus tacitæ hujus hypothecæ, in Jure Rom., competit, nonnihil mutata ſunt Jure Wirt.: quippe *p. 2. t. 8.* §. ebenmäſſig. *& p. 4. t.* von Verſicherung der Kinder / und welcher maſſen ihnen der nieſſenden Eltern Güter verpfändet. *10. f. 462.* propter omnia adventitia, in quibus pater uſumfr. habet, hypotheca hæc generalis in omnibus, præſentibus & futuris, bonis parentum adminiſtrantium competit. Belold. *diſp. ad d. p. 2. th. 35.* Quod non obſervavit Plebſt. *diſp. ad d. p. th. 102.* Sive liberi ſint majorennes, ſ. minorennes. non obſt. J. P. W. *p. 4. t. 10.* § Wir gebieten. Dn. Lauterb. *ad d. p. 2. t. 8. n. 4.* Quid verò tacita hæc hypotheca operetur, eleganter explicat Jus

Saxon.

P. W. *d. l.* § Im Fall. Jure Sax. propter munera, in teſtimonium baptiſmi liberis data, Patengelt / etiam tacita hypotheca introducta eſt, teſte Carpz. *I F. p. 2. c. 24. d. ult. ubi & præjud.* Cæterùm quid jure Saxon., & *in Ord. quidem Iudicij Elector. Sax. tit. 45.* conſtitutum in hoc ſit, pluribus perſequitur Richter. *tr. de jur. & priv. cred. diſp. 8. pag. 211. & ſeqq.* Atque ſic iterum, inter adminiſtratorem noſtrum legitimum & tutores & curatores, non levis eſt differentia. quippe horundem bona pro adminiſtratione ſimpliciter & abſolutè ſunt obligata, *d. l. 20. & ibi Dd. de adm. tut.* etiamſi pater tutor eſſet: uti cum Berlich. *p. 1. concl. 67. n. 14. & ſeqq.* rectè ampliat Dn. Brunn. *ad d. l. 6. §. f.* Richter. *d. l.* aut aliàs tutorio nomine adminiſtraret. Carpzov. I. F. *I. F. p. 1. c. 28. d. 113. n. 6. ubi præjudicium.*

XXXIIX.

V. Decreti ad immobilium maximè alienationem.

V. *A Decreti magiſtratûs ad rerum, etiam immobilium, etſi liberiſam. adhuc minorennes eſſent, alienationem adhibitionis neceßitate:* ubi

ad

ad eandem vi adminiſtrationis cum libera generali, quam habet. Vultej. *d. l. n. 23.* procedit: uti poteſt, neceſſitate liberorum, e. gr. ære alienô, id exigente. *d. l. f.* §. *4.* ibi: *Habeat pater licentiam, ex rebus hereditariis (primùm quidem mobilibus, ſin autem ea non ſufficiunt, ex immobilibus) ſufficientem partem, nomine filij, venundare.* C. *de b. q. l.* ubi nulla fit mentio decreti. Et cur decretum in tutorum & curatorum alienatione requiritur, quàm ut patris præſentiam aut voluntatem ſuppleat? *arg. l. 1.* §. *2. l. f. ff. de reb. eor. qui ſub tut. fac. l. 7.* §. *2. ff. eod.* Ant. Faber. *ad* C. *de b. q. l. def. 3. n. 8.* Quam ſententiam licet nonnulli (non quoad mobilia. Beſold. *de delib. jur. ex lib. 2. ff. quæſt. 20.* ſed immobilia) impugnent. Salicet. *in l. præſes.* C. *de transact.* Jaſon. *ib. n. 5.* Curt. Jun. *ib. n. 15.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubr. 6.* §. *5. n. 14.* ut veriſſimam tamen, & Juris analogiæ convenientem, rectè defendunt Azo in Summa. C. *de b. q. l.* Bald. *in l. 1. ff. de reb. eor. qui.* Tiraquell. *in l. ſi unquam.* C. *de revoc. donat. præfat. n. 28. ubi & num. ſeqq.* latè in utramque partem hanc quæſtionem examinat. Covarruv. *lib. 1. var. reſol. c. 8. n 6.* J. P. Surd. *cons. 451. n. 21.* Montan. *c. 33. n. 249.* Fachin. *6. controv. 40.* Affl. &c. *decis. 393. n. 1.* Aſc. Clem. *d. tr. de patr. pot. c. 17. n. 9.* Gutierez. *p. 2. cap. 5. num. 22.* Carol. Molin. *conſil. 40. n. 27. pag. 192.* Maſcard. *de probat. concl. 1149. n. 18.* Joſeph. Lud. *d. decis. 13. n. 11. ubi plures allegat.* Bernh. Grævæ *2. conclus. 72. n. 4.* Gail. *2. obſ. 72. n. 14.* eamque, communem non tantùm eſſe, teſtatur Curt. Sen., ſed & receptam, Alciatus, referente & ſequente Hodierna *ad decis.* Surd. *179. n. 8.* imò receptiſſimam Pinel. *d. l. 1.* C. *de b. m. p. 3. n. 21.* adductis authoritatibus, adjectoque calculo ſuo: communi omnium propè calculo. Gœdd. *v. 1. cons. 27. n. 7. ubi plures adducit:* magis communem Beſold. *d. l.* Certè argumentum Saliceti ex *l. 3.* C. *de præd. min.* à patre, tutore aut curatore emancipati, ad patrem legitimum adminiſtratorem, quòd non procedat, vel hactenus propoſita abundè ſatis oſtendere poſſunt. Grævæ. *d. l. n. 5. & 8.* Beſold. *d. l.* ubi docet, eundem omnes ſolennitates juris, quibus alii tutores & curatores adſtringuntur, obſervare teneri, ſed, ſi tutor ſit emancipati. Aliter ſi ſtatueremus, adminiſtrandi hæc facultas non foret pleniſſima. Id tamen non negamus, decretum emtorem magis tutum conſtituere. per ea, quæ habet Peregrin. *de fideic. art. 40. n. 24.* Præſumitur enim in dubio, magiſtratum decretum interpoſuiſſe ex juſta & vera cauſa. Dd. *ad l. 5.* §. *1. ff. de prob.* J. P. Surd. *d. cons. 451. n. 28.* In *hoc Ducatu* ad cujuslibet rei immobilis, à quocunque factam, alienationem inſinuatione apud acta Ma- *Quid Iure* Wirtenb.?

Magiſtratûs opus eſſe, notum eſt, I. P. W. *p. 2. t. 13.* Francof. Statuto expreſsè ad hanc patris alienationem requiritur. *Reform. Francof. d. p. 7. t. 2. §. 9.* ibi: auſſerhalb Nothdurfft und rechtlicher Erkantnuß.

XXXIX.

VI. Rationum redditionis. VI. Denique à *Rationum adminiſtrationis redditione*, ad quam, nec ea durante, nec finitâ, urgeri poteſt. *text. expreſ. in d. l. f. §. 4. C. de b. q. l.* Eſſet hoc contra reverentiam, parenti, uſumfructum ex lege pleniſſimum habenti, debitam. *d. l.* Eſſet hoc vetare eum, in cujus poteſtate liberi ſunt, res eorum, quomodo voluerit, gubernare. *contra l. 6. §. 2. C. eod.* perſcrutari adminiſtrationem. *contra d. l. 8. §. f. C. de ſec. nupt.* & caſtigatorem parentis fieri. *contra Nov. 22. c. 24,* ubi dicitur: quòd hoc ſtatuere lex erubeſcat. Cujusm. rationes reddunt Gœdd. *tr. de contr. ſtip. c. 7. n. 52. junct. n. 50.* Carpzov. *l. F. p. 2. c. 11. def. 5. n. 2. & ſeq.* Qui propterea ab iisdem patremf. adminiſtratorem legitimum penitùs immunem pronunciant, & cum iis alii quoq;. Bald. *in l. Orphanotrophos. 32. n. 7. C. de Epiſc. & Cler.* Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. fin. vers. quod in patre.* Rol. à Valle *de Invent. conſ. p. 2. qu. 23. n. 3.* Pinel. *ad d. l. 1. C. de b. m. n. 19. pag. 162.* Myns. *d. 2. O. 93. n. 5.* Gail. *2. O. 72. num. 15. & 16.* Alex. *3. conſ. 110. n. 22.* Scip. Gent. *de bon. mat. c. 12.* A. Rauchb. *d. p. 1, q. 30. n. 32.* Tiraq. *ad l. ſi unq. præfat. n. 29. C. de revoc. donat. ubi plures allegat.* Brunn. *ad d. l. 6. §. 2. C. de b. q. l & ad l. 1. ff. uſufr. quem cav. n. 18.* Et hoc

Jure etiam Saxon. etiam jure *Saxon.* obtinere, tradit Dan. Moll. *ad Conſt. El. 25. p. 3. §. f.* Nec

Wirtemb. aliud Jure *Wirtenb.* conſtitutum legimus; niſi, quòd ſolenne inventarium conficiendum hoc jure ſit, ut aliquando, finitâ adminiſtratione, ſecundum id rerum reſtitutio fieri queat.

Ampliat. Quod *ampliatur* procedere, etiamſi culpabiliter verſetur in adminiſtratione. Neguz. *d. l. n. 14.* quòd tamen

Limitat. 1. de culpa levi verùm eſſe, ex infra dicendis apparebit. *Limitant* tamen communiter, non obtinere in caſu, quo pater, ex poteſtatis ſuæ abuſu, dolosè verſatur in adminiſtratione & dilapidationis timor eſt. Signorol. de Homod. *conſ. 135. n. 5. & ſeqq.* poſt Alex. Schultz. Modeſt. Piſt. *d. p. 3. qu. 126. n. 128.* Pinel. *ad l. 1. C. de b. m. p. 2. n 33.* Neguz. *d. l.* Aſc. Clem. *d. tr. c. 17. n. 8.* ubi alleg. Bart. Bald. & alios, cum Corn. Vinc. Honded. *v. 1. conſ. 59. n. 19.* tunc ob delictum licentia datur filiof., agendi contra patremf., ut aut rationem reddat, aut adminiſtrationem deponat. Dd. *ad*

2. *d. l. 6. §. f.* Gœdd. *d. l. n. 50.* Præterea *limitandum*, quòd finitâ adminiſtratione ad reſtitutionem proprietatis & ſubſtantiæ bonorum horundem, aut quantitatis, teneatur. Adeoq; hoc reſpectu ad Rationes: quia

fru-

fruſtratoria aliàs eſſet alienationis prohibitio & tacitæ hypothecæ conſtitutio. Mindan. *d. l. n. 4.* Boër. *decis. 61. n 19.* Remiſsâ enim Rationum reddendarum neceſſitate, non eſt remiſſa neceſſitas reſtituendi ea, quæ ad adminiſtratorem perveniſſe probantur: ſive in rem ſuam, ſ. non, converterit. *l. 9. l. 20. in f. ff. de liber. leg.* Harpr. *ad d. §. 1. l. de uſufr. num. 30.* Ad reddenda ergò tunc ipſi filio bona adſtringitur. Munnotz. ab Eſcob. *d. tr. de ratiocin. admin. c. 3. n. 23.* In quo iterum inter adminiſtratorem noſtrum & tutores ac curatores differentia occurrit magna. Hos enim ad adminiſtrationis rationes teneri, notiſſimum eſt, vel *ex t. t. ff. de tut. & rat. diſtr.* Et jure Rom. Germ. nunc quotannis, *per R. I. de Ao. 1548. tit.* von Pupillen. O. P. Wirt. *tit. 34. §. 6. & t. 42. §. 3.* Quod procedit, etiamſi pater tutor eſſet filii emancipati, aut curator, *per l. 5. & ibi* Dd. *C. de transact.* Tiraq. *d. l. n. 29.* Schultz. *d. l. n. 129.* Gail. *2. obs. 72. num. 15.* Mind. *d. tr. d. mand. jud. lib. 2. c. 49. n. 4.* Pinel. *d. p. 2. n. 27.* Brunnem. *ad d. l. 1. d. n. 18.* aut aliàs etiam majorennis bona, in quibus planè nihil juris habet, adminiſtraret. *l. 37. §. 2. ff. de* N. G. Aſcan. Clem. *d. tr. c. 7. n. 8. & cap. 19. n. 51.* Menoch. *de A. I. Q. cas. 209. n. 7.* Mindan. *d. l.* Munnotz. *d. l.* Et Bartol. *ad d. l. 37. §. 2.* ait, de facto ſe vidiſſe, quòd pater de adminiſtratione præbendæ rationem reddere fuerit compulſus. referente Mind. *d. l.*

Differentia hinc ab adminiſtratione Tutorum. Curatorum. *etſi talis ſit pater.*

XL.

Finem introductionis hujus Adminiſtrationis Legitimæ alium eſſe non arbitramur, quàm qui ipſius Patriæ poteſtatis, nempe ut familiæ commoda per eandem conſerventur: ut: patrif. uſufructuario ſua conſtet autoritas & reverentia. Gœdd. *d. l. n. 52.* & liberi ſ de utili ac ſalubri adminiſtratione rerum ſuarum tantò certiores eſſent. Qui finis facilè, ex hactenus dictis colligi poteſt. Hæc de adminiſtratione hac Legitima conſtituenda.

Adminiſtrationis Finis.

XLI.

Conſtituta, ex ſuis cauſis, conſideranda venit ex *Effectibus & Diſſolutione.* Quantùm ad Effectus, habet virtute hujus facultatis Paterf. in *genere* in rebus hiſce adventitiis poteſtatem dominio ferè proximã. *d. l. 1. & l. 2. & ibi Dd. C. de b. m* verſatur circa has res, ac ſi ſolidum profectumq; dominium ei acquiſitum ſit: ut ſunt verba *d. l. 1.* Vid. Scip. Gent. *d. tr. de bon. mat. c. 12.* tanta eſt adminiſtratio hæc patrisf. Gœdd. *de contrah. ſtip. cap. 10. concl. 4. n. 50.* adeò ut ambo, paterf. & filius, ſimul domini appellentur. Pinel. *l. 1. p. 3. n. 10.* &, ex generali regula, ipſi facultas ſit expediendi eandem, uti collibitum, de qua Frid. Pruckm. *v. 1. cons. 3. num. 10.*

Conſideratur inſuper ut Conſtituta, *& ita quoad* I. Effectus *in* genere.

generalem habet adminiſtrationem cum libera. Vultej. *1. conſ. Marp. 27. n. 23.* ita, ut regulariter ea facere poſſit pro filio in his, quæ aliàs ſpeciale requirunt mandatum. poſt Bald. *in l. 1. pr. de minor.* Tiraq. *de retr. lignag. §. 1. gloſ. 10. n. 101.* Steph. Grat. *decis. 49. n. 37.* Beſold. *delib. jur. ex lib. 2. ff d. quæſt. 20.* Et in hac adminiſtratione vox patris vox filiorumf. ſt. §. *4. inf. & ibi* Vinn. *I. de inutil. ſtip.* Gœdd. *d. l. n. 49. & ſeqq.* ubi latè. Econtra, durante eâ, liberorumf. jus proprietatis, quod in his rebus habent, quaſi dormit. Unde patrem legitimum adminiſtratorem feudi dominii directi vaſallus non minùs revereri debet, quàm ipſum filium dominum. prout oſtendit Roſenth. *d. tr. de feud. c. 10. concl. 9. n. 16.*

XLII.

Specie. *ut ſe exerit in* I. Acquiſitione *Fructuum ex his rebus. Eos lucratur Omnes.*

In *ſpecie* autem conſiderari poteſt, quatenus ſeſe exerit in rerum harundem *acquiſitione*, *conſervatione*, *alienatione.* His enim tribus omnis juris conſideratio abſolvitur, ita ſtatuente Ulpian. *in l. f. ff. de LL. Acquiſitio* alia eſt fructuum, alia ipſarum rerum. Quantùm ad *Fructuum* acquiſitionem, alii Adminiſtratores nihil horum lucrantur: ſed exactas de iiſdem rationes reddere tenentur. Aſt in noſtro adminiſtratore ſecus eſt: qui quidem eosdem lucratur, non vi adminiſtrationis, ſed patriæ poteſtatis, quoad harundum rerum fructus, non imminuto jure. Siquidem ideò adminiſtrat ita, quia uſumfructum horundem bonorum habet: ideò autem habet uſumfructum, quia paterfamil. eſt. *per ſup. tradita.* Non attinet autem hîc plura dicere, quòd paterfam. adminiſtrator omnes fructus, pleno jure, (uti quondam dominii jure omnia, etiam ipſas res, lucrabatur) ſuos faciat. Alterius ea ſunt conſiderationis. Certè de iiſdem ad lubitum diſponere poteſt. *d. l. 6. §. 2. C. de b. q. l.* Boër. *decis. 61. n. 19.* & fructus ex unius filii, maternis, e. g., rebus acceptos, alii filio, vel extraneo, donare poteſt. *arg. d. §. 1. I. p. q. p. c. acq.* nec, finitâ adminiſtratione, reſtituere tenetur ipſe, vel heredes ejus. P. Paris. *v. 3. conſ. 55. n. 57.* Liberi verò de acquiſitis his fructibus, vivô patre, nihil conſequi poſſunt, quamdiu ſunt ſub ipſius gubernio: & in diviſione hereditatis paternæ non poſſunt ſibi litem movere, quòd vel, ſi ſunt diverſi matrimonii, aliorum fructibus è maternis, e. g., aut ipſorum laboribus, è rebus patrisf., locupletiſſima ſit hereditas, ad cujus augmenta alii nihil contribuerint. *Quia filius, in poteſtate patris exiſtens:* verba ſunt Cavalcani *part. 2. decis. 11. n. 14. & ad unum panem & vinum cum patre in eadem domo commorans, tenetur obedire patri, qui ei præſtat alimenta: & nulla merces, nec aliquid lucrum debetur filio, qui eſt in ob-*

ſe-

ſequio patris. Imò, ſi filiusf. uſumfructum, patre non remittente eum, percepiſſet, eô mortuô, fratribus conferre teneretur. Aſc. Clem. *d. tr. de p. p. c. 7. n. 30.* Quam ob cauſam, ſi paterf., durante hac adminiſtratione, filio in teſtamento alicujus quid adſcriberet, quia quoad fructus ejus in ipſius commodum hoc fieret, puniretur lege Corneliâ. *l. 4. pr. l. 15. pr. ff. ad leg. Corn. de fals.* Vid. *t. t. C. de his, qui ſibi in teſt.* Nic. Bellon. *conſ. 79. n. 1. & 2.*

XLIII.

Pro hoc tamen *Fructuum* commodo Adminiſtratori noſtro incumbunt Onera circa liberorum tum perſonas, tum res haſce. Circa Perſonas quidem onus 1.) Alimentationis. *d. l. f. §. 5. inf. C. de b. q. l.* Ant. Faber. *C. de b. q. l. def. 13.* Si modò uſusfructus ſit amplus, nec paterf. in re lauta extra eum verſatur. arg. eorum, quæ habet Bachov. *ad Tr. v. 2. diſp. 7. th. 2. lit.* C. Add. Enenck. *d. tr. priv. 4. c. 4. n. 4.* Carpz. *1. F. p. 2. c. 10. d. 28. n. 5.* Quod jus, immiſſione creditorum, à Prætore factâ, in bona patris, & ſic uſumfructum hunc, liberis auferri & minui non poteſt. Mev. *part. 4. decis. 320. n. 13.* Verùm ſi in re lauta verſatur pater, tunc onus hoc eidem, ut patri, incumbit. *t. t. ff. de agn. & al. lib. l. f. §. 5. C. de b. q. l.* etſi liberif. vel planè nulla habeant bona, vel adventitia, ſed exigua, quorum uſusfructus ad alimenta ſufficere minimè poteſt. *fac. l. 5. §. 7. ff.* ibi: *æſtimare debent. ff. de agn. & al. lib.* nec licentia ei eſt, adventitia illa, propter hanc cauſam, alienare, *arg. d. l. f. §. 5. vers. cùm n. C. de b. q. l.* Bach. *d. l.* Idem ergo eſt, ſi in re lauta quoque verſatur, & ſimul amplum adventitiorum uſumfructum habet. *arg. l. f. C. de dot. prom.* Utut enim, ſi bona habeant propria liberif., ut ipſi ſe exhibere queant, à patre non ampliùs alendi ſunt. *d. l. 5. §. 7. ff. de agn. & al. lib. fac. l. 34. de N. G.* M. Coler. *tr. de alim. lib. 3. c. 5. n. 16.* iniquum tamen foret, ut ipſe fructus lucraretur, & cum venditione rerum filiumf. ſuſtentaret, aut ei in rationes computaret. *d. l. f. § 5. vers. cùm enim. & d. l. 4. §. 7.* ubi JCtus Ulpianus ſcribit: *Si filius poteſt ſe exhibere, æſtimare judices debent, ne non debeant alimenta ipſi decernere.* Munnoz. ab Eſcob. *d. tr. de ratiocin. c. 22. n. 29.* Add. *c. 6. n. 10.* Falſa enim eſt ſententia Palæotti *tr. de ſpur. c. 49. n. 1.* & aliorum, qui ſimpliciter negant, patrem ad alimenta teneri liberis, bona propria poſſidentibus, obſervante hoc rectè cum Baldo, Bachovio. *d. l.* Add. Munnotz. *d. l. n. ſeq. 30.* A. Fab. *C. de b. q. l. def. 13.* Aliud ergò foret, ſi paterf. adventitiorum uſumfr. non haberet, utut bona illa aliàs adminiſtraret, vel ut negotiorum geſtor, vel, ſi minorennes adhuc liberi ut curator: tunc enim non teneretur, de ſuo

Fructuum horundem Onera I. *Alimentationis.*

eosdem alere. *d.l.5.* §. *7.* Munnotz. ab Eſcob. *d. l. n. 27. & ſeq.* Quid autem, præſtitis à patref. alimentis, eo in caſu, actum intelligatur, an quòd de proprio, an verò animo repetendi, ſuppeditaverit? alterius quæſtionis eſt. Conf. Bachov. *d. l.* Munnotz. *d. l.* Peregr. *de fideic. art. 35. n 32.* Cæterùm, licet filius alibi degat, & alimenta ſua aliunde habeat, tamen uſusfructus, & ſic adminiſtratio, patrif. competit. Brunn. *ad d. l. 6. C. de b. q. l.* Nec jure Wirtenb. aliud conſtitutum arbitramur. Licet enim *in p. 4. tit. 12. §. 1.* dicatur: Daß das überlebende Ehegemahl der minderjährigen unverheurathen Kinder Gut / gegen gebührliche Zucht und Unterhaltung / zu nieſſen habe / tamen exinde non tutò colligitur, ceſſante ita alimentatione, ceſſare & uſumfr. & adminiſtrationem. cùm *in prac. t. 9.* §. Was aber. *fol. 460. & d. t. 9.* §. Und ſo etwa. hæc poteſtas, ſimpliciter, & indiſtinctè, extendatur ad liberorum majorennitatem, aut matrimonium, in bonis ſc. ut infra, adventitiis cæteris, quæ non à patre aut matre obvenerunt. Idem diſponit Ulmenſe Statutum. *d. p. 1. t. 4. §. 2.*

LXIV.

II. Sumtuum Studiorum. Hoc ad onus referimus etiam onus ſumtuum II. Studiorum: quod pari ratione, ut alimentorum, ad patremf. ſpectare, arbitramur. Quamvis enim communiter Dd. ſimpliciter tradant, quòd, ſi paterfam. hac in adminiſtratione bona filiifam. habeat, ſumtus ſtudiorum ex iis, non de ſuo, ſuppeditare queat, & hoc feciſſe etiam in dubio præſumatur, propter *d. l. 34. ff. de N. G. l. 5. ff. de hered. petit.* ſc. Adminiſtratorio nomine, non ſuo. *fac. l. 43. §. 1. ff. de adm. tut.* ut loquitur cum aliis Schneidew. *ad §. 28. rubr de fam. erciſc. act. n. 43.* de qua communi Dd. opinione videre eſt apud Caſp. Schfordeck. *lib. 2. tr. 23. quæſt. 1.* qui propterea ſtudiorum erogata à patref. impendia tunc fratribus conferre ex his, vel aliis bonis, quæ habeat, teneatur. Dn. Struv. *Iurispr. For. lib. 2. tit. 32. th. 9.* Cùm tamen onus hoc pariter patrif., ut patri, incumbat, & ex officio ſint præſtandi ſumtus hi. *l. 5. §. 12. & ibi* Dd. *ff. de agn. & al. lib* Joh. Köppen. *dec. 2. enucl. 7. n. 30. & ſeqq.* certè ſi eidem æquitas, ex fructuum perceptione reſultans, accedit, tantò magis tenebitur, ſi vel facultatibus aliàs abundat, & uſusfructus tam amplus ſit. Bach. *ad Tr. d. v. 2. diſp. 17. th. 5. lit. H.* Quòd ſi verò hoc non ſit, tunc, ut non tenetur ſuppeditare de ſuo, ita nec præſumitur hoc feciſſe, & repetere poterit. Carpz. *l. F. p. 2. c. 10. d. 28. n. 6.* ubi præjudicii, *n. 7.* ſubjecti, rationē decidendi in eo ponit, quòd hi ſumtus plerunq; uſumfructum multùm ſuperent: quod maximè hodiè verū, ob malos, patrimoniis infeſtos, qui irrepſerunt,

mores

riores. Add. Bald. *l. 1. n. 9 vers. ſecundò collige. ff. ſol. matr.* ubi dicit: *quando pater non eſt admodùm dives, & habet prætereà plures filios, non præſumitur donare liberis, & extenuare patrimonium in detrimentum reliquorum liberorum.* Maſc. *de prob. concl. 1150. ubi n. 30.* oſtendit in ſimili, quòd, ſi paterf. ultra vires patrimonii dotem promiſerit, adminiſtratorio nomine id, quod ultra eſt, promiſiſſe cenſeatur. Mantic. *de tac. & amb. convent. v. 1. lib. 12. tit. 19. n. 15.* Aſt, ſi uſusfructus tàm locuples, ex eo tenetur ex officio, ad minimùm, ſi filiumf. ſtudiis operam dare velit: nec ſumtus hi bonis ejus imputandi erunt. Id potiùs in dubio credendum eſt, ipſum de ſuis bonis feciſſe, niſi proteſtatus ſit, ex bonis filii ſe facere. *arg. l. f. C. de dot. prom.* per ea, quæ latè Bach. *d. l.* Quanquam in hoc, ut dictum, communis opinio ſit in contrarium. Joh. Köppen. *dec. 2. enucl. 7. n. 98. & 100.* Confer. Munnotz. ab Eſcob. *d. tr. de ratiocin. admin. c. 25.* ubi de expenſis & ſumtibus, ab adminiſtratoribus factis, in calculo recipiendis. *n. 54. & ſeqq.* In hoc Ducatu Wirt. res deciſa eſt expreſſâ ſanctione in J. P. W. *p. 4. tit. 11. pr.* ibi: Als ſoll hingegen ſolch nieſſend Ehegemahl in allweg ſchuldig ſeyn / dieſe Kinder / förderſt zur Gottesfurcht / auch zum ſtudiren / oder ehrlichen Handwercken / und Handthierungen / darzu ſie tauglich / gebührlich zu erziehen. *& tit. ſeq. 12. pr.* ibi: Welches der minderjährigen unverheurathen Kinder Gut / gegen gebührliche Zucht und Unterhaltung zu nieſſen hat. Beſold. *diſp. ad d. text. th. 49.* Quam quidem ſecundùm limites æquitatis, ſupra poſitos, intelligendam putamus.

XLV.

III. Dotationis quoque, & donationis propter nuptias, onus patrif. incumbit tunc, ſi de propriis non vult ſolvere talia. Quamvis enim poſt Bald. *in l. ult. C. de dot. prom. col. 2. in pr.* & Jaſon. *in §. fuerat. I. de action. n. 98. & ſeqq.* multi ſint, qui obtinere velint, patrem, etiam locupletem ejusm. filiam, dotare teneri: ita enim tradit Gail. *2. O. 95. num. 14.* Joh. Köppen. *dec. 2. enucl. 7. n. 100.* Beſold. *diſp. ad p. 4. I. P. W. th. 55.* adeò, ut in communem abierit ſententiam hæc ipſa, teſte Carpz. loco mox citando: Contraria tamen negativa fortioribus rationibus concludere nobis videtur, nempe à negatione, in hoc caſu, alimentationis *in d. l. 5. §. 7 ff. de agn. & al. lib.* nec non rationis neceſſitatis dotandi ex propriis, ut nubendi conditionem inveniat. *l. 19. de rit. nupt.* & ſic ceſſatione æquitatis officii judicis, ob quam impertiendum. Et

III. Dotationis & Donationis propter nuptias.

fru-

fruſtra fuiſſet quæſtio inſtituta *in l. 5. §. 12. ff. de jure dot. & in l. f. C. de dot. prom.* quid datâ dote in dubio actum: an de propriis, an de filiæ bonis data cenſeatur? Quare hanc ſententiam defendunt Gothofr. *ad l. mulier. 22. §. 4. voc. potiùs. ff. ad SCtum Treb.* Bach. *ad Tr. v. 2. diſp. 7, th. 2, lit. C.* Carpz. *l. F. p. 2. c. 42. d. 13.* Brunn. *ad l. 5. ff. de jur. dot. n. 3.* eamque approbavit J. P. W. *p. 4. t. 13.* §. Da aber. *fol. 467.* Ac ita pronuntiarunt Lipſiens. apud Carpz. *d. l. in f.* & his quidem verbis: Ao. 1633. Ob ihr nun wol anietzo/ꝛc. Dotare autem tenetur, non ex ipſis fructibus: cùm ſuperent plerunq; eosdem hæc onera: ſed ex ipſa ſubſtantia adventitiorũ hoc facere poteſt. Aliud itaque, ſi præter hoc, quòd pater in re lauta verſatur, uſusfructus eſſet amplus. A. Fab. C. *de b. q. l. def. 13. n. 5.* Bach. *d. l.* Brunn. *d. l. n. 4.* Et jure quidem Civili, pro ſuo arbitrio ac lubitu, de his bonis dotare poteſt: modò æquitatis regulam obſervet. At jure Witt. *d. l.* ex conſanguineorum. ibi: Nach der Freundſchafft Mäſſigung. Dn. Lauterbach. *in differ. J. C. & W. ad d. t. th. 12.* aut, his diſcrepantibus, ex cognitione der Ambtleute und Gerichte. J. P. W. *d. l.* §. *ſeq.* Conf. Ulm. Statut. *d. p. 1. t. 4. §. 2. & ſeq. An autem in dubio adminiſtratorio nomine id feciſſe putandum ſit?* quæſtionis eſt. Jure Civ. hoc negandum.

Q. *Reſp. ex Iure* Civil.

Eo enim præſumitur, patrem f. de propriis bonis, & ex affectione paterna, ac pietate, hoc feciſſe. *d. l. f. C. de dot. prom. arg. d. l. 5, §. 12. ff. de jure dot.* Maſcard. *de probat. concl. 1150.* ubi de hæc quæſt. latè. Vul ej. *v. 2. conſ. Marp. 29. n. 55.* ubi de communi teſtantes adducit. Mantic. *de tacit. & amb. convent. v. 1. lib. 12. tit. 19. n. 13.* Menoch. *de A. I. Q. caſ. 493. n. 13.* Bach. *d. l.* adeò, ut, ſi ab initio ſimpliciter promiſerit, fruſtra pòſt proteſtetur, ſe de bonis maternis promiſiſſe: etſi maritus declarationi huic conſentiret. Idem Maſc. *d. l. n. 10.* Quicquid aliàs de patref., bona adventitia poſſidente, ſolvente pro filio, præſumatur. Joh. Köppen. *d. 2. enucl. 7. n. 100.* Peregr. *de fideic. art. 36. num. 138.* Verùm jus topicum

Wirtenb.

Wirtenb. contrarium expreſsè introduxit, nempe, quòd non proprio, ſed adminiſtratorio, nomine id factum cenſeri debeat *in d. tit. 13* § In Fall auch his verbis: In Fall auch zweiffel entſtünde/ von was Gütern dergleichen Außſteuren geſchehen/ iſt in alle Wege darfür zu halten/ daß ſolche von deß Kindes/ und nicht von deß überlebenden Vatters/ oder Mutter/ eignen Gute/ verordnet worden. Beſold. *ad l. P. W. diſp. 4. th. 56.* Pi. bſt. *d ſp. 4. th. 64.* Dn. Lauterb. *d. l.* Ulmenſi Statuto de maternis & propriis cenſebitur feciſſe. Ord. Ulm. *d. p. 1. t. 4. §. 2. & 3.* Hæc tamen neceſſitas dotandi, aut donandi propter nuptias, tùm incumbit paren-

rentibus, ſi liberi juſtas contraxerint nuptias, *arg.* §. *pen. I. de nupt.* Beſold. *diſp. ad p. 4. I. P. W. th. 58.* Unde ſi propriâ authoritate, contra parentum voluntatem, aut etiam ſine eorund. conſilio, aut præſcitu, id fecerint, Jure Würt. *per d. p. 4. t. 13. § f.* parentes nec de propriis ſuis, nec adventitiis hiſce liberorum, bonis id facere tenentur. Imò, in pœnam inobedientiæ, eor. adventitiorum, quorum uſusfructus cum adminiſtratione per matrimonium liberorum, aut majorennitatem, aliàs finiebatur, ad dies vitæ parentum extenditur. Modò tamen nulla parentum in hoc culpa vel fraus. *d. l.*

XLVI.

Onera quoque, Res ipſas adventitias concernentia, Paterf. ferre tenetur, & expenſas in eas factas. J. P. W. *d. p. 4. t. 11.* §. *1.* ibi: Als ſoll hingegen ſolch nieſſend Ehegemahl in allwege ſchuldig ſeyn / dieſer ſeiner Kinder eigenthumbliche Güter in weſentlichem Bau ohne Abgang zu halten. *fol. 463.* Quamvis enim aliàs tutoribus & omnibus adminiſtratoribus hæ reſtituendæ veniant, per deducta à Munnotz. ab Eſc. *d. l. n. 1. & ſeqq.* etiamſi pater eſſet tutor: in noſtro tamen adminiſtratore, quia fructus harundem rerum percipit, ſecus eſt. Hinc ipſe de fructibus, ad ipſum aliàs pertinentibus. *Tributa*, collectas, & ſimilia onera, Erbzins / Landſteuer / Schatzung / Frohngelt / Zinskorn / ſolvit, ut alius uſufructuarius, *arg l. 7. §. 2. l. 27. §. 3. ff. de uſufr. l. 52. eod. l 13. ff. de imp. in res dot. fact.* Conf. Dn. Lauterb. *d. diſp. de uſufr. pat. th. 31. ubi plura* Pinel. *ad d. l. 1. C. de b. m. part. 2. n. 72.* De iisdem etiam facit *expenſas litium*, quas circa has res, vel movet ipſe, vel excipit. *l. 1. C. de b. m.* ubi Bart. Bald. & Dd. *l. f.* § *3. C. de b. q. l.* ubi ratio additur, quare non ipſi liberi faciant: nempe, cùm nuda proprietas apud filium inveniatur, ex qua ſubſtantia poſſibile eſt, eum ſumtus dependere? A ſc. Clem. *d. tr. c. 17. n. 17.* Pinel. *ad l. 1. C. b. m p. 2. n. 69.* Neque hic differentia facienda eſt inter *magnas & parvas* expenſas. Vid. Gars. *de expens. c. 11. n. 1. & ſeqq.* ubi multos alleg. Quam ſententiam magis communem, magisque juri conſonam, judicat Harpr. *ad §. 2. I. de uſufr. n 173.* In quo inſignis quoad uſufructuarios cæteros differentia. Dn. Brunn. *ad d. l. f. §. 3. C. de b. q. l.* Modò tamen *non ultra fructus* perceptos faciendæ ſint expenſæ. *fac. d l. f. §. 4.* ibi: *ſi quidem tales reditus ſunt, qui ſufficiunt ad annalia legata, pater ex hujuſmodi reditibus hoc dependere compelletur.* A ſc. Clem. *d. l.* Add. Harpr. *d. l. n. 170.* Dn. Lauterb. *d. l.* Non a. huc pertinet onus *ſolutionis æris alieni* filiif., ſed, ſi ad id tenetur, e. g. ex perſona defunctæ matris, aut alterius, cujus heres eſt, ex ipſa ſubſtantia adventitiorum horundem pater ſolvit, juxta modum

Onera inſuper Rerum. *Expenſarum.*

Tributorum.

Sumtuum litis.

Ampliat.

Limitat.

Non ſolutionis æris alieni.

Hujus Limit.

dum *in d. l. f. §. ſin autem æs alienum 4. C. de b. q. l.* niſi ſit *annui legati* debitum. *d. l.* Quòd ſi verò ſine conſenſu patrisf. filius ſe obligavit, pater de uſufructu bonorum adventitiorum hoc æs alienum ſolvere non tenetur. Steph. Grat. *d. decis. 76. n. 42.* Sed, ſi quid ſponte tunc ſolvit pro filio, ex bonis ejus hoc feciſſe præſumitur, *arg. l. f. ff. de hered. petit.* Maſc. *de probat. concl. 1150. n. 2.* Peregr. *de fideic. d. art. 36. n. 138.*

XLVII.

Quatenus porrò ſe exerit in acquiſitione ipſarum Rerum adventitiarum? *eáque tum* Singulari. *Si nempe liberif. quid acquirunt.*

Hæc de Fructuum Acquiſitione. Quantùm ad Rerum attinet, diſtinguimus inter acquiſitionem earund. jure vel *Singulari* vel *Univerſali.* Ratione *illius* notandum, quòd, quicquid liberif. acquirant, patref. etiam ignorante, multò magis non jubente, ſed ad hoc peculium adventitium pertinens, id patrif., legitimo huic adminiſtratori, usque ad quantitatem uſusfructûs, acquirant: ita, ut nullâ traditione vel quaſi, nullâ, ſi actiones ſint acquiſitæ, earundem ceſſione, patri facienda, ſit opus; ſed mox in patrisf. perſona immediatè jus, circa rem quæſitum, radicetur. Ut ſic adhuc hodie, hoc reſpectu, rectè dicatur, acquiri nobis, non tantùm per nosmetipſos, ſed etiam per liberos, in poteſtate conſtitutos, etiam extra peculii profectitii cauſam, ex cauſa adventitia. *pr. & §. 1. p. q. p. c. acq. pr. I. p. q. p. n. obl. ac. arg. l. 45. pr. ff. de V. O.* Etiamſi liberi ſuo nomine tale quid ſtipulentur, *arg. §. 1. I. de ſtip. ſerv.* ſeu ſibi, Gloſs. *ad d. l. 45. voc. ſi ipſe.*

XLVIII.

Quid ſi Patrifam. ex hac cauſa ſtipulantur?

Quòd ſi patrifam. ex cauſa adventitia ſtipulantur, an id patrif. pleno jure, vi patriæ poteſtatis, an verò etiam quoad uſumfr. tantùm, propter jus hoc legitimæ adminiſtrationis, acquiratur? Inter Dd. hactenus non convenit. Certè Petr. Dyn. Bart. Angel. Imol. *ad d. l. 45. pr. per d. textum,* & ſimiles, prius affirmant: quòd juris diſpoſitio, quæ in iis habetur, non ſit correcta: & ſibi imputare debeant, cur patrif., & non ſibi, ſtipulati fuerint. Et hæc eſt etiam communis opinio, teſte poſt Alex. Viv. Nic. Carbon. *in Pract. Pract. lib. 1. c. 5. n. 9.* Verùm poſterius, & quòd patrifam., tanquam legitimo adminiſtratori, ſtipulati præſumantur, cum Raph. Cuman. Jaſon. & Alex. defendit Mantica *de tacit. & amb. conv. lib. 14. tit. 20. n. 4. & ſeq.* & forſan rectiùs. Uti enim in adventitiis filius, ſibi ſtipulando, patrif. acquirit uſum fr.; ſic contrà, patrif. ſtipulando ſibi proprietatem acquirere debet. & aliàs procuratori noſtro ſtipulando, nobis acquirimus obligationem, quanti noſtra interest, ei dari. *§. 19. I. de inut. ſtip. l. 38. §. 23. ff. de V. O.* & patrif. ita quæſitum ipſa lex dividit, ſecundum imaginem rerum & proprietatis. *d. pr. I. p. q. p. c. ac*

d. l.

d. l. 6. pr. C. de b. q. l. Aliud foret, ſi eidem, non tanquam legitimo adminiſtratori, ſed ut patrif., pleno jure acquirere, voluiſſe conſtaret. Mantic. *d. l.* *Quid juris ſit, ſi liberif. ſtipulentur, ne à ſe petatur?* tradit *l. ſi tibi. 17. §. f. & ll. ſeqq. ff. de pact.* & ibi Cujac. ac Dd. comm. Ex quo eſt, quòd paterf. poſſeſſionem rerum harundem per ſe apprehendere poſſit, ſeu propriâ autoritate, Pinel. *ad l. 1. C. de b. m. p. 2. n. 61. & 62.* Et quòd, ſi ambo, pater & filius ſimul vendunt, & in eodem inſtrumento fateantur, ſe accepiſſe precium, ad patremfam. id perveniſſe præſumatur. Uti hanc ſententiam & magis communem, & æquam eſſe, poſt Porci. & Decian. defendit Borgn. Cavalcan. *p. 1. decis. 33. n. 8. in indice.* Quemadmodum, & ſi res emta fuerit filiof., pretium à patref. proceſſiſſe creditur, nempe ſi non habet bona propria pleno jure. Idem *d. l.* *Conſ ſtaria.*

XLIX.

Uti verò, dicto reſpectu, vox liberorumf. lucroſa eſt vox patrisf.: ſic econtra vox patrisf. lucroſa, in adventitiorum cauſa, eſt vox liberorumf. Aliàs autem non. *l. 130. & ibi* Dd. *ff. de V. O.* Gœdd. *v. 1. cons. Marp. 26. n. 282.* Hippol. Rimin. *ad §. 1. l. p. q. p. n. ac. n. 20.* Quamvis enim hîc non pauci contrarium ſtatuant, nempe patremf. liberis ſtipulando ex hac cauſa, quia leges ampliùs non permittant, ut proprietas ad ipſum pertineat, nempe. *l. 1. & t. t. C. de b. m. l. 6. l. f. C. de b. q. l.* nec pro ſe, nec pro filio quicquam agere. *propter l. 39. l. 130. ff. de V. O. Conf. C. l. A. π. eod. th. 30.* quamvis item Arn. Vinn. *in §. 4. I. de inut. ſtip.* aſſerere videatur, ſtipulationem talem valere ſaltem usque ad quantitatem uſusfructûs, quia hactenus ejus interſit: Quòd ipſum, quòd np. quoad proprietatem ſit nulla, quia extraneo facta, docet etiam Mant. *d. l. tit. 17. n. 3.* Verior tamen, & analogiæ juris magis conveniens, nobis videtur contraria ſententia, quòd nempe talis ſtipulatio pro patref. non tantùm, ſed & pro liberis, valeat, ipſisq; directa acquiratur actio. Nec enim jus ita ſtipulandi, quondam introductum, novis iſtis conſtitutionibus ſublatum eſt: quare ergò ſtare prohibeatur. *l. 32. in f. C. de appell.* Sed nec ita extraneus in his patrif. filius eſt, ut dominus quaſi harundem rerum non ſit. *d. l. 1. C. de b. m.* nec filius ita corundem dominus, ut ſit pleno jure talis. *d. l. 1. l. 1. l. 3. l. 6. l. f. C. de b. q. l.* certè veſtigia dominii in patref. circa has res ad minimum adhuc cernuntur, dū liberi, nec inter vivos, nec per donationē m. c., absq; patris conſenſu, nec per teſtamentum, de iisdem diſponere queunt. *d. l. f. §. 5.* Ut ſic per jus hoc legitimæ adminiſtrationis patrisf. quàm maximè interſit, etiam proprietatem talem liberis ſuis dari, legesque omninò permittant:

Quid porrò: ſi Paterf. ex hac cauſa liberis quid ſtipulatur?

tant: ſecus ac in caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus: de quibus *d. l. 39. & d. l. 130.* benè verificari poſſunt. Et hanc ſententiam ita defendere non dubitamus cum Goeddeo *in d. tr. de contr. ſtip. c. 10. concl. 4. n. 49. & ſeqq.* Add. Phil. *ad Inſt. lib. 2. Eclog. 54. n. 7. 8. 10* Roſenth. *tr. de feud. c. 9. membr. 2. concl. 66. n. 41.* Unde paterf. quid emens nomine filii, ipſi dominium ejusdem acquirit: quia adminiſtratorio nomine hoc fecit, maximè, ſi pecuniâ ipſius emit. Conf. quæ eleganter circa hanc materiam diſcuſſa à Saxonicis fuere, & extant apud Hartm. Piſt. *lib. 1. q. 7.* ubi *juxta n. 8.* pater quidam, juſſu ſoceri, in teſtamento facto, ut ex pecunia, quæ ex hereditate ſoceri ad liberos ipſius perventura eſſet, prædia in eorundem utilitatem emerentur: eadem pecuniâ illâ quidem emerat, ſed ſuo, non filiorum, nomine. & concluſum fuit, hæc prædia liberorumf. non eſſe, ſed ad liberos ejus omnes, (aderant autem ex diverſis matrimoniis,) eo patre mortuo, pertinere: quia filiorum, nepotum nempe ſoceri, nomine non emerat. *Quid juris, ſi paterf., ut legitimus adminiſtrator filij, pignus acceperit?* videri poteſt apud Neguz. *tr. de pignor. part. 3. membr. 1. n. 41* *An hujusm. prædiis adventitiis paterf. ſervitutem acquirere poſſit?* tradit Pinel. *ad d. l. 1. C. de b. m. p. 2. n. 73.*

Quid ſi Paterf. quid emit nomine filij?

aut ſi pignus accepit?

L.

tùm Univerſali

Si filiof. hereditas relicta. Ubi de Iure & Veteri.

Hæc de acquiſitione rerum, quæ fit titulo Singulari. Quantum ad ad eam, quæ fit jure *Univerſali*, hereditatis, e. gr., res multis diſtinctionibus expedienda eſt. Et 1) quidem jure Rom. Veteri, ſi hereditas filiof. relicta fuit, paterf. ipſe eandem adire non potuit: nec filiusf. per ſe ſolus: ſed filius ipſe quidem, verùm juſſu patris. *l. 7. pr. l. 8. §. 1. l. 25. §. 4. ff. de acq. her.* ne ſcil. invitum (acquiſita enim à filiof. patri acquirebatur tota) æri alieno obligaret. *l. 6. pr. ff. eod.* Sichard. *ad l. 1. C. qui adm. ad b. p. n. 2.* adeò, ut nec ratihabitione patris aditio, ſine ejus juſſu facta, confirmari potuerit: quia aditio actus fuit legitimus, *l. 77. de R. I.* Giph. *ad l. 18. de jur. del. p. m. 81.* Licet ſecus fuerit quoad bonorum poſſeſſionem. Rationes videri poſſunt apud Gothofr. *in not. ad d. l. voc. invitum* Sichard. *d. l. n. 8. & ſeq.* Adeoque hoc jure infanti delata, ei, quamdiu infans fuit, acquiri non potuit. Giph. *ad d. l. 18. p. m. 83.* Quod idem etiam in repudiatione fuit juris.

& Novo. *quo variis diſtinctionibus opus.*

LI.

Novo autem Juſtin. jure res aliter ſe habet, poſtquam adventitiorum proprietas patrifam. ampliùs non acquiritur. Siquidem facultas adeundi conceſſa eſt etiam ſoli & patrif. & filiof., pro re natâ. Hic verò

diſt.

diſt. 2.) Utrum hæreditas relicta ſit filiof. majorenni, an minorenni. Si *minorenni*: utrum hic 3.) ſit impubes, an pubes. Si *impubes* adhuc, tunc 4.) diſting. utrum infans ſit, an infante major. Si *infans*, ut ſic voluntatem judiciumq;, quod poſtulatur ad talem actum, Giph. *ad l. 18. C. de jur. del.* non habeat, tunc 5.) ejusd. *paterf.* aut adit eandem, aut non adit. Si *adit*, uti poteſt tunc, *d. l. 18. pr.* & dicere, ſe nomine infantis adire, tanquam legitimum adminiſtratorem. Aſc. Clem. *d. tr. c. 17. n. 4.* tunc, ubi infans adoleverit, aut ſui juris factus, poteſt adhuc, ſi vult, recuſare eandem, per petitionem reſtitutionis in integrum. *d. l. f. §. f. C. de b. q. l.* patref. tunc creditoribus obligato manente. *d. text. & ibi* Dn. Brunn. ut ſic, pubes factus, ratum habere & non habere poſſit. Gloſs. *d. l. voc. adoleverit.* Si verò paterf. *non adit*, tunc 6.) aut non adit *per repudiationem*: & tunc, *ſi moritur, infans* adhuc, ad patremf. non pertinet hereditas, repudiata ſemel. Si verò *non moritur*, ſed infantiam excedit, & hereditatem adeundam eſſe, credit, tunc & contra hanc patris repudiationem juvatur reſtitutione, adhibitis quidem, ſi ſui juris, tutoribus aut curatoribus. Sed utroque caſu non niſi ſemel ita juvatur. *d. l. f. §. 1. & f. vers. ſin verò pater.* Vid. Brunnem. *ad d. §. f.* Aut verò pater non adiit *per negligentiam*, & tunc 7.) aut infans *in infantili ætate moritur*: & tunc, etſi poſt annum à die delatæ hereditatis id fiat, paterf. nihilominus ad eandem hereditatem, quaſi jam infanti quæſitam, patrio jure admittitur. *d. l. 18. §. 1. inf.* Vid. Sichard. *ad d. l. n. 11.* Giph. *ad d. l. 18. p. m. 85.* Quod in infante ſingulari jure ita conſtitutum. Dn. Brunn. *ad l. 5. & d. l. 18. C. de jur. delib.* Aut *non moritur in ea* ætate, ſed fit *infante major*: & tunc 8.) aut *moritur non aditâ* hereditate cum patref., uti poterat. *d. l. 18. §. f. C. de jure del.* & patriô jure non admittitur paterf. *l. 2. C. ad SCtm Treb.* Orph. Sich. *ad d. l. 18. C de jur. delib. n. 12.* nulloq; transmiſſionis genere, nec ex ſuitatis, nec ſanguinis, jure, ſed nec jure deliberandi, ſi poſt annum à die delatæ deceſſiſſet. Vid. *l. 19. C. eod.* Dn. Brunn. *ad d. l. 2.* Add. Alex *v. 7. cons. 42. n. 7.* Aut *vivus manet*. & tunc 9.) aut manet *in poteſtate patrisf.*: & conſentiente patre adire poteſt. *d. l. 18. §. f.* aut *exit ea*: & tunc 10.) ſi *in minorenni* adhuc ætate eſt, cum tutorib. ut curatorib. adhuc adire poteſt. *l. 9. ff de acq. hered. d. l. 5. l. 18. inf. C. de jur. del.* etiam honorariis. *l. 49. de acq. her.* aut, ſi non habet tales, cum decreto prætoris. *d. l. 18. inf.* ſi autem *majorennis* eſt, ipſe tunc adhuc per ſe adire poteſt. *arg. d. l. f. §. 6. vers. ſin v. pater.* Hæc ita, ſi hereditas delata filiôf. infanti. Si verò *infantiâ majori* filiof. & ſic, juxta Gloſs, *in d. l. f. §. 1. verb. in ſecunda ætate. & in §. 6.*

voc. puerilis. C. de b. q. l. in ſecunda ætate conſtituto, defertur hereditas, cujuscunque cætera ætatis ſit filiusf., tunc 11.) aditioni utriusq́, patris & filiifam., conſenſus aut non concurrit: & tunc 12.) aut, patre, volente & jubente, filiusf. adire reclamat, & paterf. ſolus, in merum ſuum commodum, ſed & damnum, adire poteſt, & pleno jure eandem acquirere. d. l. fin. pr. Vinn. partit. iur. libr. 1. cap. 43. lit. m. & n. etiamſi caſtrenſis eſſet hereditas. d. l. f. §. 2. ubi Dd. C. de bon. qua lib. perinde, ac ſi ipſi patri delata eſſet. Barry tr. de ſucceſſ. lib. 11. t. 11. n. 2. adeoque adeundo filium non poteſt obligare. Mev. p. 3. decis. 17. n. 5. ſed ipſi, ex hoc facto convento, proficiet exceptio: ſe non eſſe heredem. Id. d. l. n. 6. Cui; ſi filiusf. heres fuerat ſcriptus, an tunc competat remedium l. f. C. de edict. D. Hadr. toll. tradit Menoch. adip. poſſ. rem. 4. n. 272. & ſeqq. qui ib. n. 288. ſubjungit, tunc filiumf. nomen heredis quidem retinere, ſed nudum nomen facti eſſe, quod nullius ferè ſit effectûs. Sed, quid, ſi filius inſtitutus ſubſtitutum accepit? Vid. Sich. ad l. 3. C. de her. inſt. n. 7. Fachin. 4. contr. c. 63 Perez. C. de b. q. l. n. 7. Aut verò, filiôf. adire volente, pater recuſat: & tunc ipſe filius licentiam adeundi, invitô patre, pro ſe habet, in merum ſuum cõmodum, ſed & onus pariter. d. l. f. pr. Id. Barry. d. l. &, licet adhuc minorennis eſt, nullius tn. authoritate ad actum hunc indiget. Curatorē n. non poteſt habere, cùm ſit in patris poteſtate: nec pater authorizat, quia nec eam volebat: verba ſunt Gloſſæ ad d. l. §. 1. voc. hoc facere. Benè autem tunc ad aditæ hereditatis adminiſtrationem curatore opus habebit: quem, ſi paterf. eam ſubire non vult, aditus à filiof. competens judex dabit. d. l. vers. nolente: Conf. Dn. Brunnem. ad l. 5. & d. l. 18. C. de jur. delib. Utroque tamen in caſu reſtitutionis in integrum auxilium ipſi minimè denegandum. d. l. 18. §. 1. in f. quia non adv. patremf., ſed advers. aditionem talem, aut repudiationem, reſtituitur. Gloſs. d. l. v. denegando. Dn. Brunn. ad d. l. ut ſic non obſtet l. f. C. q. & adv. quos. Qu. An uti contradicente patref., ita & eô ignorante, filius adire poſſit? Vid. Alex. 6. conſ. 234. n. 1. & 2. Sichard. ad d. l. 1. C. qui adm. ad b. p. n. 10. Aut utriusq́, patrisf. & filiif., conſenſus in unum concurrit: & quidem 13.) ſi ad adeundum, 14.) tunc filiusf. proprietatem rerum hereditariar. adeundo acquirit, paterf. autem uſumfructum. d. l. f. §. ubi autem. 3. Verùm pater tunc non reputatur heres, ſed legatarii loco eſt, ita, ut ne quidem heres uſufructuarius rectè dici queat. l. 13. C. de her. inſt. Rol. à Valle tr. de Invent. quæſt. 40. n. 3. Si verò ad repudiandum, tunc perinde eſt, ac ſi he-

re-

hereditas non fuerit delata, eâ ita recuſatâ. *Quid juris ſit circa bonorum poſſeſſionem, filiof. delatam?* tractat fusè Dn. Præſes *in diſp. de differ. hered. & bon. poß. th. 32.*

LII.

Quantùm ad rerum hujus adminiſtrationis Conſervationem, quæ, quoad eam, Patrif. adminiſtratori legitimo facultas ſit, quæ neceſſitas officii incumbat, videndum. Et quatenus quidem vel *extra judicium* vel per actus *judiciales* ea facienda. Debet autem *in genere* res illas conſervare. *l. 1. C. de b. m.* nec ullo modo proprietatem deteriorem facere. *d. l. f. §. 4. vers. hoc procul dubio. C. de b. q. l.* aut lædere, Dyn. Bart. Bald. & Dd. comm. *ad d. l. l. 1. C. de b. m.* Add. *l. 13. pr. & §. 4. l. 65. pr. ff. de uſufr.* Meliorem facere omnino poteſt. Et ſic à defuncto, ædificia, e. g., inchoata, perficere: novum tectorium parietibus, qui rudes fuerunt, imponere, aut rivum novum (genus nempe ſtillicidii, Gothofr. *ad l. 61. voc. rivum. ff. de uſufr.*) cum Pinel. *ad d. l. 1. C. de b. m. p. 2. n. 53.* Joh. Brunn. *ad l. 44. ff. de uſufr. n. 2.* Sed & novum ædificium facere. Pinel. *d. l. p. 184. n. 51.* In quo laxior omninò patrif. poteſtas eſt, quàm alii vulgari uſufructuario. *d. l. 44. & l. 61.* & ibi Dd. Brunn. *d. l. An idem etiam circa grandes arbores, ut cadere eas queat: ſecus ac alius uſufructuarius?* Vid. Tiraq. *tr. de retr. conv. §. 3. gloß. 1. n. 24.* Pinel. *d. p. 2. n. 59. ſeq.* Omnem autem rebus hiſce tuendis diligentiam & curam adhibere debet. Enenck. *de priv. par. priv. 4. c. 6. inf.* Giph. *ad l. 6. C. de b. q. l. pag. 217. arg. l. 1. pr. §. 3. & 6. ff. uſufr. quem. cav.* uti propriis ſuis. J. P. Surd. *conſ. 451. n. 30.* mancipia adventitia alere. *d. l. f. §. 4.* veſtire. Gipb. *d. l.* adeò, ut, ſi in expenſis, ad rerum conſervationem neceſſariis, ex tenacitate deficeret: cùm paria ſint, rem diſſipare vel perdere, ac neceſſaria pro rei conſervatione non adhibere, *arg. l. necare. ff. de lib. agn.* adminiſtratione hac privari queat. *arg. § 10. I. de ſuſp. tut.* Munnotz. ab Eſcob. *d. tr. de ratiocin. adm. c. 6. n. 9. & ſeq.* Vid. quæ proponuntur infr. th. 90

Extrinſeca ſe II. In rerum harundem Conſervatione. de qua in Genere Specie: in actibus Extrajudicialibus.

LIII.

Quòd ſi *Iudicialibus* actibus, litem nim. vel movendo, vel, ab alio motam, ſuſcipiendo, res hæ adventitiæ tuendæ ſunt, quæ poteſtas tunc ſit patrisf. aut liberorum, inquirendum nunc eſt. Dico: *ab alio.* Nam circa hujus adminiſtrationis bona regulariter inter ipſos, patremf. & liberos, lis nulla eſſe poteſt, *arg. l. 4. l. 11. & ibi Dd. ff. de Iudic.* adeò, ut nec filiof. actio contra patrem cedi queat, aut vice verſa. *l. 7. & ibi Dd. ff. de O. & A.* Quamvis enim ex cauſa caſtrens. & quaſi caſtrenſis peculii aliud ſit. *d. l*

Judicialibus. An in hac cauſa inter Patremf & liberos judicium eſſe queat?

d. l. 4. junct. l. 2. ff. ad SCtm Maced. idemque de adventitio, poſt Bart. Caſtr., ſtatuat Joh. à Sande *tr. de act. ceſſ. c. 4. n. 27.* referente Dn. Brunn. *tr. de ceſſ. act. c. 2 in f.* nullibi tn. in jure legitur in hujusm. adventitia cauſa lis inter has perſonas, vel ſimpliciter vel ex ceſſione, permiſſa: & non magis cum his, quos in poteſtate habemus, quàm nobiſcum ipſi, agere poſſumus. *l. 16. ff. de furt.* Ubi de ceſſione ita etiam docet Dn. Lauterb. *in diſp. de proc in rem ſuam. th. 21.* Ardua quidem quæſtio eſt inter Dd.

Q. *An in cauſa adv. contractus inter patremf. & liberos ita iniri poſſit, ut & obligatio inde naſcatur, & judicium inter has perſonas dictari queat?* Arbitramur autem, juris analogiæ conſonum eſſe, in adventitii noſtri regularis cauſa judicium eſſe non poſſe inter has perſonas: cùm patrisf. loco in eo non ita habeatur filiusf., ut in caſtrenſi. *fac. d. l. fin. §. 5. C. de b. q. l. l. f. C. qui teſt. fac. poſſunt.* & patri ſua conſtare debeat reverentia, priſcis legibus collata, quamdiu recentiori jure non, ex cauſa inſigni, imminuta: qualis imminutio hîc facta non deprehenditur: nec expreſsè, nec tacitè: non obſtante proprietatis patrisfam. factâ ademtione. Et cum in regulari adventitii cauſa filiusf. agere nequeat, niſi patref. conſentiente. *d. l. f. pr.* Legitimam namque perſonam ſtandi in judicio, quoad hæc bona, ſine conſenſu patris, regulariter non habet. Gothofr. *ad d. l. voc. agenti.* Rittersh *differ. jur. civ. & can. lib. 5. c. 11. p. 166.* quomodo jubente patref. adv. patrem aget? Certè ſine paternæ reverentiæ violatione fieri haud poſſet, ſi cogeretur adv. ſe ipſum litis exercitium filiof. concedere. Ex quo eſt, quòd *in l. f. C de in jus voc* dicitur, qui in poteſtate patrum agunt, adv. eos experiri non poſſunt. ubi Gloſs. Bart. Bald. & Dd. comm. notant, filiumf. patrem in jus vocare non poſſe. Idemq; *ad d. l. 4.* ubi Bart. & alii cum peculio caſtr. & quaſi, excipiunt adventitium tantùm irregulare. Adeò, ut nec, veniâ impetratâ, id liberisf permiſſum ſit. *d. l. f.* Aſcan. Clem. *d. tr. de p. p c. 8. n. 3. junct. n. 14. vers. & facias unam.* Et hanc ſententiam, de denegato inter has perſonas in his judicio, veriorem, & humaniorem ſimul, appellat Gœdd. *d. tr. de contr. ſtip. c. 7. n. 52.* qui quæſtionem hanc *à n. 48. per ſeqq.* operosè tractat. Patremf. tamen, legitimum adminiſtratorem, ad debita liberis præſtanda, officiô judicis imploratô, cogi poſſe, non dubitamus: ſed & jure ſuô abutentem, ob manifeſtam rerum diſſipationem, à liberis conveniri poſſe ad rationes reddendas, & adminiſtrationem deponendam, concedunt plerique *ad d. l. 6. §. f. & l. f. §. 5. vers. non a. licentia. C. de b. q. l. & l. 50. ff. ad SCtum Treb.* teſtante Gœdd. *d. l. n 50.* Add. Menoch. *recup. poſſ. rem. 15. n. 284.* quòd mi-

miſericorditer tunc officio judicis fieri, ex *d. l. 50.* dicit Aſcan. Clem. *d. l. n. 14.* addens tamen *n. ſeq. 16.* ex Gloſſa, quòd id non, niſi veniâ prius impetratâ, facere queat. Et moribus hoc obſervari, tradit Dn. Brunn. *ad d. l. 4. ff. de judic. n. 2.* ubi tamen *n. ſeq. 3.* maximè curandum id eſſe, religiosè monet, ut tales lites vel intra privatos parietes ſopiantur, vel citiſſimè decidantur. Cauſas hujus rei prægnantes deducit Mev. *p. 3. decis. 298. per tot.* Et hæc etiam, vice verſa, de denegato patrif. adv. liberos judicio vera eſſe, oſtendit Aſc. Clem. *d. l. inf.* Et in hoc, quoad adventitium noſtrum regulare, conſentiunt. Ad quoad irregulare non ita. Imò pleriq; contrarium ſtatuunt *per Nov. 117. c. 1.* & quòd filiusf. ſine conſenſu patrisf. in his agere queat. *d. l. f. pr. C. de b. q. l.* & ibi Dd. poſt Bart. *ad d. l. 4. ff. de judic.* Menoch. *d. l. n. 283.* Joh. Ludov. *d. l. n. 6.* Aſc. Clem. *d. l. n. 14.* Schrad. *tr. de feud. p. 10. ſect. 17. n. 63.* ubi hoc certum eſſe dicit. Contra quos tamen latè pugnat Gœdd. *d. l. n. 48. & ſeqq.* Cæterùm *ſi filiusf. vi occuparet proprietatem horum bonorum, quorum adminiſtrationem paterf. habet, quid de hoc ſentiant?* videri poteſt ap. Menoch. *recup. poſſ. remed. 9. n. 61. & ſeq.* *Quid in adventitio irregulari?*

LIV.

Quod igitur concernit *judicium*, circa has res *cum alio* peragendum, notandum primò omnium, & per *remotionem*, quòd propter factam filio rerum harund. adventitiarum adminiſtrationis ademptionem, ejusdemque à lege in patremf. tranſlationem, & ipſius patrisf. intereſſe propter uſumfructum: cui aliàs facilè quid deperiret: jus patriæ poteſtatis priſtinum, quoad exercitium actionum & jurium, patrif. ſit reſervatum integrum, np. quòd filiusf. per ſe ſolus legitimam perſonam ſtandi in judicio non habeat, atq; ſic, nec agendo, nec excipiendo, res, quæ ſunt adminiſtrationis hujus, licet earum dominus ſit, tueri valeat, ſed patris conſenſu ad hoc ſit opus. *l. f. pr. v. neceſſitate. & §. 3. C. de b. q. l. fac. l. 17. §. 11. & ſeqq. ff. de injur. junct. d. l. 9. ff. de O. & A.* Vant. *t. de nullit. ſent. rubr. de nullit. ſent. ex inhab. ſeu def. mand. n. 39. ſeqq.* Menoch. *recup. poſſ. remed. 15. n. 298. & ſeqq.* Mantic. *de tac. & ambig. conv. lib. 12. tit. 9. n. 12.* ubi *n. 14.* rationem adfert. Harpr. *ad §. 2. I. de pat. pot. n. 30.* Dn. Struv. *ff. de judic. th. 6.* quamvis majorennis ſit. Diod. Tuld. *C. qui legit. pers. n. f.* adeò, ut deficiente eo, proceſſus ſit ipſo jure nullus. Aſc. Clem. *d. tr. c. 9. n. 2.* & hæc exceptio litis ingreſſum impediat, ac litis finitæ ſit. Joh. Ludov. *decis. 13. n. 1.* cùm ad legitimandam ipſius perſonam requiratur: ut ſic de nullitate proceſsûs tàm ante, quàm poſt ſententiam, excipi poſſit. *d. l. f. pr. vers. neceſſitate. C. de b. q. l.* poſt Speculat. & alios, Marant, *in ſpec. aur.* *Cum alio An Liberif. ſine patref. in judicio eſſe queant?*

part.4. diſt.16.n.30. Vant. *de nullit. proceſ. & ſent. d. n.39.* Vid. tn. Guid. Pap. *qu.410. n.1.* Siquidem filiusf. non eſt, quoad judicia, integer homo, ſed conſenſu patris integrandus adhuc, poſt Bart. Gloſs. & alios *ad d. text.* Aſc. Clem. *d. tr. c.9. n.7.* & juxta Ulp. & Labeon. effatum *in l.7. §.2. ff. de jur. delib. abſurdum eſt, ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere.* Id quod procedit, ſive ipſe per ſe in judicio eſſe velit, ſ. per procuratorem, Nic. Bellon. *conſ.24. n.9.* quamvis pro aliis ſine conſenſu patrisf. in judicio eſſe queat. *l.23. ff. de min. arg. l.16. ff. de in jus voc.* poſt Bart. Tiraq. Socin. Menoch. *d. rem. recup. poſſ.15. n.307.* Quod quidem etiam nonnulli in dubium vocant. Vid. Guid. Pap. *decis. Grat. 54. n. 2.* Aſcan. Clem. *d. l. n. 8. & ſeqq.* Putat tn. & ipſe tandem *n. 12.* in rei veritate hodie filium procuratorio nomine ſine patris conſenſu, propter *c. qui generaliter. 5. §.1. de proc. in 6.*, dummodo major 25. annis ſit. *per d. c.1. §.2.* agere poſſe. in quam ſententiam poſt *alleg. l.13. §. f. ff. ad SC. Treb.* Tiraq. *in tr. de LL. connub. gloſſ. 5. n.174.* citat Bart. Bald. Guiliel. de Cun. & alios.

Conſenſu Patrisf. *opus habent.*

LV.

Quando? Licentiâ ergo & conſenſu patrisf. opus eſt, (de quo ſi dubitetur, an intervenerit, quid juris? vid. Aſc. Clem. *d. n.32.*) ad ſuſtinendum, ſuſceptum à filiof., judicium. Harpr. *d. l.* qui *ante litem conteſtatam*, juxta communem ſententiam: de qua teſtatur Aſc. Clem. *d. l. num 4.* præſtandus.

Quali? Quem à præſente patref. ad exemplum auctoritatis tutoriæ, præſtandum eſſe, nec per epiſtolam adhiberi poſſe, obtendere quidem vult Tiraq. *d. tr. de LL. connub. gloſſ.6. n.21.* ſed propter *l.7. §. f. ff. de decur.* contrarium ſentit Bart. *ad d. l. f. § f. n.15. C. de b. q. l.* quod & communis Dd. opinio approbat, qua de, poſt Eman. Suarez. & alios, teſtatur Aſc. Clem. *d. l.*

Limit. *n.40.* Quanq. ſine conſenſu ejus in judicio eſſe poteſt, ſi paterf. conſentire

1. vel nequeat, propter furorem. *l.22. §.10. junct. l.2. §.2. ff. ſol. matr.* aut abſentiam. *l.18. §.1. & ibi Dd. de judic.* Menoch. *recup. poſſ. rem.15. n.18.* Perez. *C. qui leg. p. ſtand. in jud. n.3.* (quo tn. in caſu filius cautionem de rato præſtare neceſſe habet, poſt Bart. *in d. l. 22. §. 10. ff. ſol. matr.* Aſc. Clem. *d. l.*

2. *n.29.*) vel nolit per contumaciam. Hill. *in D. E. l.17. c.4. lit. R.* Sed & ſi pro filiof., ſine conſenſu patrisf. in judicio verſante, pronunciatum ſit, tenet judicium. Alex. *2. conſ.59. vers. ſecundò poteſt reſponderi.* Gramm. *conſ.28. n.10.* Tiraq. *d. tr. de LL. Connub. gloſſ 8. n.72.* Alias plures exceptiones cumulatas videre eſt ap. Aſc. Clem. *d. c. 9. n. 13. & ſeqq.* Setſer. *tr. de juram. lib.3. c.3. n.39.* Vid. & *d. l. 9. ff. de O. & A.* & ibi Dd. Illæ verò omnes confirmant regulam. Quæ ipſa hujus adminiſtrationis effectus eſt. Quam cum

in

in caſtrenſi & quaſi caſtrenſi peculio filiif. pater non habeat. *l. 3. C. de caſtr. pec.* ſed filius in iis pro patref. reputetur. *d. l. 2. ff. de SCt. Mac.* & inſtar emancipati, eô etiam ignorante, invitô, & ſuo nomine quidem, in lite eſſe poteſt. *l. 4. §. 1. ff. de caſtr. pec.* Menoch. *d. l. n. 317.* Dn. Struv. *d. l.* Quin imô adv. ipſum patrem. *d. l. 4.*

LVI.

In eo tn. non conſentiunt Dd. *An in cauſis adventitij irregularis filiusf., ad fundandum judicium, conſenſu patrisf. opus habeat?* Sanè affirmant hoc ſimpliciter, propter generalitatē rationis *in d. l. f. in f. pr.* ibi: *ne judicium ſine patris voluntate videatur conſiſtere. C. de b. q. l.* Ob quam ſimpliciter ſtatuunt, filium in his legitimam perſonam ſtandi in judicio non habere: & propter jus poteſtatis, in hoc nullibi abrogatum: quod cōmodo adhuc cedere in hoc poſſit liberis. A. Fab. *13. conj. 6.* Hill. *in D. E. d. l. 17. c. 4. lit. L.* Enenck. *de priv. par. pr. 19.* Borgn. Cavalc. *l. 4. decis. 10. n. 3.* Dn. Struv. *ff. de jud. d. n. 6.* ubi *ex d. l. f.* adjicit, recuſantem conſentire patrem à judice compelli poſſe. Alii negant: tum, quia invito patref. hæc alienare poſſit, *d. l. f. §. 5. vers. filiis a. C. de b. q. l.* tantò magis eô ignorante. *l. 26. de R. I.* tū, quòd, ſeu vincat judicio, ſeu ſuccumbat, non ſit opus conſenſu paternô: ibi quidem, quia nihil deperit patri; hîc v., quia alienatio fieret, quæ permiſſa filiof. in his rebus, ut dictum. tum quòd de hoc caſu nihil diſpoſitum reperiatur. Atque ita ſentiunt P. Paris. *v. 4. conſ. 47. n. 16.* Aſc. Clem. *d. tr. c. 9. n. 13.* ubi ex Bartolo teſtatur, hanc eſſe communem. Plures de communi, quam & ipſe ſequitur, atteſtantes adducit Vant. *tr. de nullit. ſent. rubr. de nullit. ſent. ex inhab. ſeu def. mand. n. 41.* Schrad. *d. tr. de feud. part. 10. ſect. 17. n. 42.* Diſtinguunt tandem alii inter bona adventitia, quorum uſumfr. paterf. acquirere, & adminiſtrationē habere potuiſſet, ſed noluit, dum, ipsô invitô, & repùdiante, ea acquiſivit filius: &, quia mixtam naturam habeant hæc, Affirmant: & ea, quorum uſumfr. paterf. habere haud potuiſſet, etſi voluiſſet, conceſſa quippe filiof. pleno jure. & Negant. quòd hîc maximè locum habeant, quæ pro ſimplici negativa adducta. Et ita diſtinxiſſe Ottonem Gloſſatorem antiquum, refert Gloſs. *ad d. l. f. pr. vers. neceſſitate. in verb. imponenda. C. de b. q. l.* hancque diſtinctionem auream reputaſſe Bartolum, dicit Jaſon. *ad § pœnales. I. de act. n. 88.* Et hujus ſententiæ eſt Donell. *lib. 17. c. 4.* Umm. *ad proceſſ. diſp. 1. n. 31. pag. 19.* noviſſimè Dn. Brunn. *ad d. l. f. pr. C. de b. q. l.*

An conſenſu ejus opus in adventitiis irregularibus? Opinio Affirm.

Negat.

Diſtinguens.

LVII.

Paterf. ergò, uti bonorum, ita & actionum, legitimus adminiſtrator

Paterf. etiam Actionum Adminiſtrator. Legitimus eſt.

eſt. Nic. Bellon. *conſ. 24. n. 4.* Quamv. n. ad liberosf. & jura hæc, bona adventitia concernentia, pertineant, nec, niſi uſusfructûs jure, ad patremf.; exercitium tamen eorundem, patriæ poteſtatis jure in hoc non ſublatô, patris eſt. *d. l. §. ubi a. 3. C. de b. q. l. l 1. C. de bon. mat. pr. 1 p. q. p. n. o. ac.* Poteſt is actiones movere. P. Paris. *v. 3. conſil. 109. num. 7.* e. gr. vindicare has res. Pinel. *ad d. l. 1. p. 2. num. 10. 18. p. 161.* ſed & excipere. *d. l. f. §. 3.* & defendere tenetur, ut adminiſtrator legitimus. Anton. Faber. *l. 4. C. tit. 9. def. 2. num. 12.* ad quod aliàs, niſi legititimus adminiſtrator eſſet, non teneretur. Idem Fab. *d. l. num. 11.* agereque ea poteſt, quæ aliàs ſpeciale mandatum requirunt. ut: juramentum deferre, referre. Dn. Lauterb. *de relat. juram. th. 12. maximè. v. 14. n. 3.* reſtitutionem in integrum petere. *l. 27. pr. l. 3. § 4. ff. de min.*: Dn. Brunn. *ad d. l. 27. pr. n. 1. & ad d. l. 3. §. 4. n. 20.* Quæ ejus poteſtas in hoc ſit, ſi filiof. *injuria* illata, & ſic injuriarum actio ipſi patrif. & filio ſit acquiſita, videre eſt *in l. 17. §. 10. & ſeqq. l. 41. ff. de inj.* ubi Dd. Et hæc omnia ſine mandato à filiof. accepto, ſuô ſcil. adminiſtratoriô jure; modò faciat ejus mentioné. Tiraq. *d. retr. conſang. §. 10. gloſſ. un. n. 3.* ſive in libello, ſive aliàs in proceſſu, explicetur hoc jus litigantis. Pinel. *ad d. l. 1. p. 2. n. 63. & ſeq.* nec cavere tenetur agens de rato. Ludw. *ad d. l. f. §. 3.* A. Rauchb. *p. 1. q 2. n. 44.* aut excipiens vel defendens de judicatum ſolvendo. *arg. l. f. §. 3. C. de adm. tut.* Dyn. Muxell. *reg. jur. Pontif. 9. num. 18.* ut ut aliàs nemo ſine ſatisdatione defenſor idoneus exiſtat. *§. 5. I. de ſatisd. arg. d. l. f. §. 3.* Non obſt. *l. 14. ff. qui ſatisd. cog.* ℞. quia intelligenda eſt de peculio habili, Gloſſa *ad d. l. verb. forma edicti.* Etenim in Caſtrenſi & ſimili peculio, ubi paterf. non eſt legitimus adminiſtrator, aliud eſt. *l. 18. §. f. ff. de caſtr. pec. d. l. 14. ff. qui ſatisd. cog.* Rauchbar. *d. l.* Poteſt autem pro libitu vel per ſemet ipſum lites movere, vel per procuratorem. *d. l. 1. C. de bon. mat.* & lite quidem etiam nondum conteſtatâ: cùm aliàs procurator in judicio, per *l. 11. l. 23. C. de proc.* Weſ. *π. ff. eod. n. 4.* non conſtituatur, niſi ab eo, qui rei, vel litis, dominus eſt. Pinel. *ad d. l. 1. C. de b. m. p. 2. n. 59. 65. & ſeq.* Dn. Lauterb. *diſp. de uſufr. patern. th. 32.*

etiam per procuratorem.

LVIII.

Sed tamen conſenſu liberorum ei opus eſt.

Hæc tamen hactenus de actionum, ex cauſa adventitii noſtri competentium, exercitio ita moderatus eſt Juſtinianus Imperator, ut, quia præjudicium liberorumf., propter proprietatem maximè, hîc verſatur, eor. conſenſus adhiberi debeat, ſi ad conſentiendum per ætatem & præſentiam ſunt habiles. *d. l. f. §. 3.* Bened. Carpzov. *l. F. p. 2. c. 10. def. 14. ubi in f.*

in f. præjudicium ſubjungit. Aliàs enim conſenſu non accedente præſentium, perf. & æ ætatis, niſi ſub cautione, paterf. ad litem non admitteretur, ſcil. ratione proprietatis, quæ eſt ipſius filiif. Aſcan. Clem. *d. tr. c. 9. n. 30.* Quòd ſi ergò de uſufructu ſolo, non etiam de proprietate, lis agitaretur, conſenſu filii planè non foret opus: ut cum Pincl. & Hartm. P.ſt. limitat Carpz. *d. l.* Ad conſtitutionem v. procuratoris conſenſu filii haud habet opus. Aſc. Clem. *d. tr. c. 17. in f.* Harpr. *ad §. 1. I. p. q. p. ag. poſ. n. 55.* Umm. *ad proceß. diſp. 1. n. 31.* Conf. Scip. Gent. *tr. de b. m. c. 20.* ubi evincere conatur, conſenſum liberorum f. de jure Juſtin. planè non requiri. Id. Hillig. *D. E. lib. 17. c. 4. lit. f.* Addendum his tandem, quòd paterf. ex his cauſis non conveniatur actione de peculio, ſed tanquam legitimus adminiſtrator. Aſc. Clem. *d. tr. c. 17. n. 5.*

An adverſus Patremf. competat ex his cauſis actio de peculio?

LIX.

Hactenus qt. Legitima hæc Adminiſtratio ſe exerit in rer. harundem acquiſitione & conſervatione. Videndum nunc de Alienatione, quæ circa eaſd. fieri poteſt, vel non. Ac 1.) de ea, quæ actibus inter vivos, & quâ quidem jus ad rem ſaltem conſtituitur. Ubi, quantùm ad ipſos *Liberosf.* alienantes, ratione ætatis, primò omnium notandum, quòd, ſi *impuberes infantiâ majores* ſunt, aliis jus ad rem per contractum, ne quidem patref. authore, in caſibus, ubi ad patris utilitatem meram contrahitur, conſtituere, & ſic ſe obligare, queant. *text. expr. in §. 9. & ibi Dd. de inut. ſtip. l. f. §. 2. ff. de V. O.* utut tales ſui juris id poſſint, tutore auctore. Scil. iniquum eſſet, eos patre auctore obligari, qui tamen ſibi non acquirunt: uti econtra pupilli: uti hæc ratio redditur à Dd. Vult. Vinn. *ad d. §.* Aſt in his adventitiis Paterf., ut Legitimus eorund. adminiſtrator, authoritatem iiſdem benè accommodare poteſt. *arg. l. 18. in f. C. de jur. delib.* & ita hoc jure nos uti, tradit Vinn. *ad d. §. in f.* Cæterùm, ſi *Suæ ætatis* ſunt, non eſt dubitandum, quin, ſi conſenſu patriſf. adminiſtratoris in his adventitiis cauſis ſe obligaverint, firmiter & efficaciter, ad effectum exactionis, adminiſtratione etiam adhuc durante, obligentur. *arg. d. l. f. §. 5. vers. filiis f. fam. verbo: neq; citra voluntatem eorum. C. de b. q. l.* adeò, ut etiam obligentur ex Mutuo, *l. 7. §. 11. ff. l. 2. l. 5. l. f. pr. C. ad SCtm. Maced.* Cavalc. *p. 1. decis. 31. n. 8. & 9.* & Voto. *arg. l. 2. §. 1. ff. de pollicit.* Quod a. conſenſus patris validè interponatur: non obſtante, quòd de ejus commodo tunc agatur, oſtendit Alex. *v. 1. cons. 106.* nec tantùm ab initio, ſed & pòſt per ratihabitionem, etiam in præjudicium fidejuſſoris, notante Cavalcan. *part. 1. decis. 31. n. 33.*

Exerit ea ſe porrò III. *in rerum harundem* Alienatione, *quæ fit à* Liberis *I. quidem inter* Vivos, *quâ conſtituitur* Jus ad rem, *ſi liberiſ. ſint ætatis* non ſuæ: Suæ, *& Patriſf.* Conſenſus *accedit.* *non accedit.*

LX.

Verùm: *An liberi, in poteſtate conſtituti, habentes tantùm bona peculij* ad-

Quid ſi dominij contractum translatitium inierint ita?

Digitized by Google

adventitij regularis, contractũ, dominij eorund. translativum, ineuntes, eq; circa ædes maternas venditionis aut donationis, pacto vel ſtipulatione obligentur, & ſic jus ad res has conſtituere aliis queant, ſine patrisf. legitimi adminiſtratoris conſenſu, ut efficaciter teneantur ac conveniri poſsint, durante patria poteſtate, aut ad minimũ, eâ per mortem patrisf. ſolutâ, ipſi, aut mortuis ipſis, vivente patref., heredes eor.? quæſtio eſt, per Dd. tradita valdè intricatæ ſolutionis. Quoad *Mutuum* & *Votum* quid. res eſt clara & certa, quòd nullatenus efficaciter inde, vel ipſi, vel eor. heredes, teneantur.

De eorum Mutuo. H. Hahn. *ad W. ff. quod cum eo, qui, n. 1.* Setſer. *de jur. lib. 1. c. 13. n. 2. & ſeqq.* Quod ita de mutuo SC. Macedonianum diſpoſuit. *t. t. ff. & C. ad SC. Maced. §. 7. l. quod cum eo. & Dd. qui ad dd. texx. ſcripſerunt.* Aſc. Clem. *d. tr. c. 10. n. 1. & 6. ſeqq.* adeò, ut licet ipſe Paterf. eidem ſuccedat ſolus, tamen à à creditore efficaciter conveniri nequeat. *arg. d. l. 7. §. 10 ff. ad SC. Maced.* Carpz. *in I. F. p. 2. c. 10. def. 16. n. 6.* ubi elegans in hanc rẽ in cauſa Georgii Wolckmanns zu Leipzig/ M. Jul. Ao. 1555. præjudiciũ habet. Quod etiam de adventitio irregulari, cùm nullibi in eo pro patref. à lege habeatur, adſerendum credimus cum Dn. Lauterb. *ff. ad SC. Maced. §. 1. n. 4.* licet alii diſſentiant, citati in diſp. Inaug. ſub D. Præſide *de SC. Mac. Ao. 1668. habita. th. 35.* ut ita, non tam hujus adminiſtrationis, quâm patriæ poteſtatis, etſi adminiſtratione hac deſtituta, effectus hoc ſit.

Voto. De voto autem extat *in d. l. 2. §. 1. ff. de pollic.* Setſer. *d. l. n. 4. & ſeqq.* Quod de jure civ. ſimpliciter verum eſt. At de jure Can., ut tradunt Dd. *ad c. 1. & 2. X. de votis.* de eo tantùm, quod patrif. præjudicium adfert, non a. de cæteris. Aſc. Clem. *d. l. n. 18.* Zœs. *ad d. tit. X. de vot. n. 11.* ubi dicit, ea, quæ derogant juri parentum, habere conditionem, ſi conſenſerint. adeoq; filiumf. ipſum obligat ſimpliciter, etſi reale ſit votum, nec perſonale. ut ex Rom. *ſing. 504.* notat Dn. Brunn. *ad d. l. 2. inf.*

LXI.

Cæteris negotiis dominij tranſlativis. At, quoad *cætera negotia*, difficultas occurrit. Sanè liberosf. ex iis obligari, ut etiam conveniri poſſint, aſſerendum videtur 1.) per generalitatem textûs, regulam *in l. 39. ff. de O. & A.* hanc conſtituentis: *Filiusf. ex omnibus cauſis, tanq. paterf., obligatur, & ob id agi cum eo, tanquam patref., poteſt.* Add. *l. 57. ff. de jud. l. 58. §. 2. ff. pro ſoc. l. 44. ff. de pec.* Non obſt. *l. 45. ff. de O. & A.* Et, quòd filiusf., habens talia adventitia, ex contractu vel qs. efficaciter ſe obligare queat, ad dd. texx. communiter tradere Dd.

Pro Affirmativa *Ratio*

1. docet Gomez. *var. reſol. tom. 2. c. 14. n. 10.* P. Paris. *v. 1. cons. 94. n. 1. & ſeq.*
2. Cavalc. *d. p. 1. dec. 31. n. 11.* 2.) Per exceptiones à regula, eaud. in caſibus

non

non exceptis, firmantes, np. mutui & voti, de quibus paulò ante. Gomez. *d.l.* 3.) Poteſt hoc demonſtrari à poſteriori, ex *l.pen. C.q.b.ced.poſſunt.* 3.
ubi dicitur: filiosf., cùm poſſint habere ſubſtantias, quæ patribus acquiri vetitæ ſint, nec non peculium caſtrenſe, vel quod patre volente poſſident, ceſſionis bonor. beneficium habere. Quòd ſi ergò adventitium habentes (regulare an irregulare, nil refert: per ea, quæ habet Gloſs. *per d. l. voc. patre volente*) cedere poſſunt bonis, neceſſe eſt, ut habeant creditores: ſi v. creditores habent, ex contractibus maximè ipſis obligati erunt, & ſic validè eos, etiam ſine conſenſu, ineunt. Et quòd filius ſine conſenſu patris obligari ita poſſit, obligatione, ut loquuntur, perſonali, ſenſit Bart. *in d.l.f.§.5.verſ.filiis a. & in d.l.f.§.1.ff.de V.O.* citante Alex. *l.7.cons.106. n.2.* Quanquam hæc obligatio patremf. legitimum adminiſtratorem non poſſet afficere, np. ut contra eum executio fieri poſſet, *ex d.l.f.§.5.* colligi poteſt. Alex. *d.l.* Ut ſic filiusf. jure poſitivo, quoad actum primum, ſtatim obligetur, d. executio actionis, quamdiu in poteſtate eſt, differatur. ut loquitur in genere Hahn. *d. l.* aut potiùs, quamdiu paterf. in illa adminiſtratione aut uſufructu continuat. Alex. *d.l.* Id quod ad mortem usque patris fieri, infra dicetur. Ex quo eſt, quòd Beſold. *diſp. ad p. 4. I. P. W. th.49.* tradit: nec patrem, nec matrem (quippe Jure Wirt. uſufructuarios & adminiſtratores) de hiſce bonis filii debita ſolvere teneri.

LXII.

Econtra a. liberosf., ſine patris conſenſu, contractum, harund. rer. *Pro*
dominii translativum, ineuntes, non obligari, ut vel ipſi, vel pater admini- *negativa:*
ſtrator, aut heredes eorundem, inde conveniri queant, ſtatuendum vide- *Ratio*
tur, 1.) ex præciſa textûs generalitate *in d.l f.§.5.v.filiis a.& ſeqq.* 2.) Ex 1.
rationis æquitate: primò quidem, *quòd melius ſit, coarctare juveniles calo-* 2.
res, ne, cupidini dediti, triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum expectat patrimonium: ut ſunt verba Imperatoris *d. l.* Deinde, quòd nulla ratio ſit, ut explicat Gloſſa *in d.l. quare ad venditionem rerum ſuar. proſilire deſiderent: cùm parentes alere eos, ſec. leges & naturam, compellantur,* ut porro ſunt verba *in d.l.* A.Fab.*err.pragm.dec.43.err.6.n.2.* Hinc 3.) ſta- 3.
tuunt hinc inde Dd., quòd propter hanc adminiſtrationē liberif., quoad hæc bona, ad inſtar minor. & pupillor. ſint, qui abſq; tutor. authoritate, vel curatorum conſenſu, ut notum, fruſtra ſe obligant. Ita docet Caſtrenſis *ad l.21.§.4.ff.de pact.* Gomez. *var.reſol.tom.2.c.14.n.9.* imò ad inſtar prodigorum, quib. bonis interdictum. Myns.*3.O.10.n.6.ſeq.* A.Fab.*C.de b.q.l.def.4.n.3.* Pergūt porro 4.) quòd, licet obligatio illa perſonalis non 4.

ſit

fit ipſius rei alienatio: quia tamen tendat ad alienationem, non min⁹ prohibita ſit, ac alienatio ipſa. Quâ ratione utitur ex Bald. *ad l. f. pr. C. ad Leg. Falc.* Alex. *d. l. n. 2.* ubi decidit caſum, quo filiusf. emerat fundũ, & ex intervallo, ſine conſenſu patris, fecerat pactum de retrovendendo. Ex quo
5. eſt, quòd 5.) nonnulli haud dubitent aſſerere, quòd contractus talis ſit nullus, etamſi ipſi juramentũ acceſſerit: ſiquid. id nec lege pontificiâ valere poſſit: nec patre mortuô compelli per Epiſcopũ ad obſervantiam talis invalidi juramenti, tanq. præſtiti contra diſpoſitionē *d. l. f. §. 5. vers. filiis a. familiàs.* talem contractum fieri prohibentis. Ita Bart. & Ang. cenſere, refert Mynſing. *d. l. num. 4.* Quam modo relatam ſententiam, quæ etiam Baldi eſt, contra Imolam, eandem mitigantem, quòd non valeat contractus in vita patris; benè a. poſt mortē, aut poſtq. amiſerit uſumfr., in puncto juris veriorem, & tenendam, defendit Gomez. *d. l. n. 10.* ex ea quidem ratione, quòd ſemper & omni tempore annulletur contractus propter reſiſtentiam legis, quia tendat in præjudicium patris, nec poſtea convaleſcere poſſit poſt mortem patris. *arg. l. 29. ff. de R. J.* Addend. 6.) quòd, ſi in
6. præjudicium tantùm patris adminiſtratoris non procedere deberet contractus, fruſtra tam operoſè alienationis prohibitio facta fuiſſet in *d. l. f. §. 5.* cùm juris cōmunis ſit, proprietarium, in præjudicium uſufructuarii, contrahendo nil efficere poſſe. *l. 15 in f. & ll ſeqq. ff. de uſufr.* Et hanc ſimpliciter negantē ſententiã
7. 7. defendunt A. Fab. *d. l def. 4. & dec. 43. err. pragm. 7. in f.* Sich. *ad l. 2. C. de uſufr n. 9.* (ubi quid. illã ratione juramenti, ampliationem jure Civ. ita rectè ſe habere dicit; de jure a. Can. dubitat
8. 9. eſſe,) & alii quàm plurimi. Adeò, ut eam 8.) cōmunem eſſe, teſtetur Gomez. *d. l. n. 9.* Sed & 9.) receptam eſſe in ſupremo Imp. tribunali, colligi poteſt ex iis, quæ habet Myns. *d. l. n. 8. & 9.* ubi ita: *Utcunq; ſit, Dnn Aſſeſſores, cũ hæc quæſtio incidiſſet, ſupra dictũ dogma (ſc. de contractu juramento corboratô) ſic moderandũ ajebant, ut procedat quoad præjudicium patris, & quamdiu pater ſupereſt. Cæterũ patre mortuô, & poſtq. filius effectus fuiſſet ſui juris, voluerunt alienationē adventitior. ab ipſo factam, & (NB.) juramento firmatam, vires habere in ipſius filij præjudicium.* Sc. ob juramenti religionem diſtinctio in præjudicium filii & patris admiſſa fuit, quæ extra eam dubio procul reprobata fuiſſet. Cum qua ipſa negativa opinione non poſſumus non & nos facere: quia ad affirmantes rationes reſponſio non adeò eſt difficilis. Hoc tamen ita, niſi filiusf. ſui juris factus ratificaret talem contractum. Quo in caſu quid juris, ſi initio pro obſervatione contractûs hypothecam conſtituiſſet, & poſtea ſui juris, ſed ante ratiha-

Quæ noſtra ſententia?

ratihabitionem alii creditori in eadem re hypothecam conſtitueret, colligi poteſt ex iis, quæ tradit Cavalc. *d. p. 1. decis. 31. n. 34.*

LXIII.

Quid juris de aliis negotiis?

Cæterùm ſi liberi, adventitia talia habentes, alios contractus inierint, efficaciter quidem obligantur, ita, ut tàm durante, quàm ſolutâ, poteſtate conveniri queant: hoc in caſu quidem cum effectu executionis; illô v. minimè, ſed differenda eſt poſt poteſtatis ſolutionem per mortem patris: propter ſupra deductas rationes: & quia per viam executionis etiam perfectâ fit alienatio. Facit, quòd ceſſio bonor. fieri queat, ab eo etiam filio, qui planè nulla habet bona: futurorum. np. *d. l. pen. C. q. b. c. p. & ibi Gloß.* & quòd ex mutuo filiif. pater, bonorum licet maternorum & adventitiorum ſucceſſor, uti & alii heredes, conveniri nequeunt. *d. l. 7. §. 10. ff. l. pen. C. de SC. Mac.* Hahn. *ad W. π. eod. n. 8.* Regula ergo in cæteris eſt in contrarium. Ita ſentire nobis videtur Gomez. *d. l. n. 11. & ſeq.* Conf. Cavalc. *d. p 1. decis. 31. n. 43.* Niſi forſan pro patre ſe obligaſſet. per ea, quæ habet A. Fab. *in C. ad SC. Maced. def. 4.*

LXIV.

De alienatione juris in re. Ea ſine conſenſu Patris ipſis prohibita.

Quantùm igitur attinet ad alienationem juris in re, adventitii np. hujus peculii, eam cum patrisf. conſenſu quidem liberi validè faciunt: ſine eo a. minimè. *l. 2. C. de caſtr. pec. mil.* Quamv. n. al'àsliberif., ſine patris conſenſu, efficaciter alienare poſſunt peculium caſtrenſe & quaſi caſtrense. *d. l. 2. l. 3. C. de caſtr. pec. arg. l. 2. ad SCt. Mac. l. 21. C. Mand.* Menoch. *rec. poß. remed. 15. n. 259.* ſed & adventitium irregulare. *arg. d. l. f. §. 5. vers. filiis a. fam. C. de b. q. l. Nov. 117. c. 1.* Enenck. *d. tr. de priv. par. pr. 4. c. 4. n. 8.* quamvis & ii, qui nudam habent proprietatem alicujus rei, pro libitu, ignorante, imò invitô, uſufructuariô eandem validè alienare queant, aut in ea pignus conſtituere. *text. in l. 17. §. 2. ff. de uſufr. l. 3. § f. ff. uſufr. quem. cav. l. 38. ff. de uſufr. leg. l. 44. §. 4. ff. de uſuc. l. 2. vers. quæ res. C. de uſufr.* Gomez. *d. l. n. 9.* Pinel. *ad d. l. 1. pag. 183. n. 51.* Sichard. *ad d. l. 2. C. de uſufr. n. 9.* Aliud tn. hîc certo omninò jure conſtitutum eſt in expreſſo textu *d. l. f. §. 5. vers. filiis a. C. de b. q. l.* ubi Dd, Jul. Clar. *lib. 5. ſent. § f. qu. 78. n. 12.*

LXV.

Sed an in Patrisf. an verò Liberorum Favorem? Alii in Patrisf.

Quod, an in patris favorem, an filij, an v. utriusq;, ita introductum ſit? ſollicitè hinc inde Dd. inquirunt. Sunt, qui *in Patris* favorem hoc factum adſerunt: non tantùm, ne facto filii privetur uſufructu ſuô paterno, Siquidem prohibita ſit alienatio, etſi ſalvo patrif. uſufructu facta. A. Fab. *d. err. pragm. dec. 43. err. 6. n. 2.* ſed etiam, ne alius proprietarius, forſan po-

tens, rixoſus, injurioſ9. vid. *l.14. in fin. ff. pro ſoc.* in quẽ privatim ipſe nihil; uti ècontra in liberos f.: in quos, patref., quomodo voluerit, gubernare vetantes, patria poteſtas exercenda eſt, permittente hoc Imper. *in d. l. 6. §. 2. C. de b. q. l.* ſtatuere poteſt: ſed omnia, magiſtratûs authoritate, vindicare neceſſe habet, *arg. l. 14. C. de Iud. & l. 176. pr. de R. I.* patri ſubſtituatur. Et hanc ſententiam tuentur poſt Bart. Paul. de Caſtr. Joh. de Imol. Alex. Ang. Salyc. Jaſon. Gomez. *d. l. n. 13.* P. Paris. *v. 1. conſ. 157. n. 32.* Alii in *Liberorum* favorẽ: uti jura de minorũ pupillorũq;: conceptam eſſe hanc prohibitionẽ, propter textum clarum *in d. ſ. §. 5.* ibi: *meliùs n. coarctare juveniles calores, ne cupidine dediti triſtem exitũ ſentiant, qui eos poſt diſperſum expectat patrimonium.* Ita ſentit poſt Ripam *in c. ſæpe. n. 76. de reſtit. ſpol.* Menoch. *recup. poſſ. rem. 9. n. 68.* A. Fab. *d. l. n. 18.* Utriusq; v., np. *& patrisf. & liberor. favore*, hoc factum credit Roſenth. *tr. de feud. c. 10. concl. 5. n. 38.* Et cum hac ipſa ſententia, priores diſſidentes concordante, faciendum arbitramur. Imò illas defendentes, ſi rectè mens eorum expenditur, eidem non repugnant.

Alii in Liberor.

Alii in utriusq. Quæ in hoc noſtra ſententia.

LXVI.

Quid ſi alienatione Uſusfr. Paterni conditio non ſit deterior?

Imò ſunt, qui nec filio in regulari adv. facultatem hanc ademtam putant in caſu, quo uſusfr. conditio patri non ſit deterior: quia ceſſante cauſa prohibitionis ipſa prohibitio ceſſat. & quia patri alienatio harund. rerum prohibita pariter ſit, ne proprietati filii præjudicet. Ita ſentit Mev. *p. 8. dec. 209. per tot.* inter alia & hoc habens *n. 8. & 9.* quòd actus talis, perficiendus adhuc, ad inſtantiam patris ſit inhibendus: perfectus a. ſemel iudiciale examẽ vocandus, ut conſtet de validitate ejus. Add. *p. 8. dec. 145.* Ex illa ergò generali alienationis prohibitione Dd. *in ſpecie* tradunt, quòd filiusf. ſine conſenſu patris non poſſit transferre harund. rer. dominium: Quæ communis eſt opinio, ex Curt. Jun. *v. 2. conſ. 152.* Nic. Carbo. *de pract. pract. lib. 1. c. 5. n. 9.* ne utile quidẽ, e. g. feudi, *§. un. §. 1. II. F. 3.* Vultej. *de feud. lib. 1. c. 3. n. 5.* Dn. Struv. *ſynt. Iur. Feud. c. 5. th. 5.* ubi plura de conſtitutione feudi, à filiof. facta in rebus peculii caſtr. vel qs., & advent. extraordinarii. Hactenus a. dicta omnia ſecus ſe habent in adv. irreg. *d. N. 117. c. 1. §. 1.* P. Paul. Paris. *v. 4. conſ. 157. n. 17. ſeq.* Quæ ſententia licet adverſa ſibi habeat hactenus deducta, approbata tn. eſt in jure Top. Wirtenb., in quo data liberis facultas, etiã contrahendi circa bonor. horund. proprietatem, ſalvô tamen parenti uſufructu. J. P. W. *p. 4. t. 15. in f.* ibi: Inmaſſen auch die Kinder ſolchs/ ihnen angefallenen/ eigenthums halben zu contrahiren/ oder in andere Wege/ (jedoch ohngeſchmälert deß Nieſſers Gerechtigkeit) zu diſponiren befugt. Uti econtra in aliis locis ſtatutô cautũ, quòd libe-

maximè jure Wirtenb.?

liberif. ſine conſenſu patrisf. ſe obligare nequeant. Quale Parmæ eſſe, refert Cavalc. *d. p. 1. decis. 31. in pr.* & in hanc rem multa ibid. adfert.

LXVII.

Hæc ita ſe habent circa actus, quibus alienatio juris circa res inter vivos fit. Per *ultimam v. voluntatem*, teſtamentum, legata aut codicillos, de rebus hujus adventitii, regularis np., diſponendi facultas omnis liberis, in poteſtate conſtitutis, quamdiu durat hæc adminiſtratio: imò quamdiu in poteſtate ſunt, etſi ea adminiſtrationem hanc non habeat conjunctam, ademta eſt, jure Rom. *text. expr. in d. l. f. §. 5. vers. filiis. C. de b. q. l. pr. I. qb. non eſt p. f. t.* Cujus ratio petenda eſt ex L. XII. tabb. quæ teſtandi facultatẽ, & ſic legata ac fideicommiſſa relinquendi. *l. 6. §. 3. l. 8. §. 2. ff. de jur. Cod. l. 2. ff. de leg. 1. junct. §. 1. I. de fidej. her.* patrif. dedit *pr. I. de Leg. Falc. l. 120. ff. de V. S.* & ſic liberos, in poteſtate conſtitutos, regulariter ab ea excluſit. *d. pr. I. qb. non eſt p. fac. teſt.* Cujac. *π. C. de b. q. l.* Et ita licet heredem ex teſtamento habere queant liberi emancipati: aut aliàs in nullius parentis poteſtate conſtituti: aut in poteſtate quid. conſtituti, ſed in bonis caſtr. & qs. caſtr. non tn. hi ipſi talẽ hactenus in bonis adv. habere queunt, ſed tantùm legitimum. *d. vers. filiis a. d. pr. junct. N. 118. c. 2.* Quod procedit 1.) etſi filiusf. miles eſſet. *d. pr. I. q. non eſt p. fac. teſt.* Non obſt. *l. 22. ff. de milit. teſt. §. pen. I. eod.* Confer. Vinn. *ad d. §.* Bocer. *cl. 3. diſp. 1. n. 29.* 2.) etſi pater conſentiret. *d. pr. I. q. n. e. p. f. t. & ibi* Dd. *com. junct. l. 3. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Sich. *ad rubr. C. qui teſt. fac. poſſunt. n. 9.* 3.) etſi ad pias cauſas diſponeret, patre etiam permittente. Nam jure Rom. quoad has nulla reperitur exceptio. Ludw. *tr. de ult. vol. pag 353.* Dico *Iure Rom.*: aliud n. *Can. jure*, propter *cap. licet. 4. de ſepult. in 6.* ubi Gloſs. & Comm. Dd. opinio: introductum creditur. Certè opinio Dd. ita invaluit, teſte Jul. Clar. *lib. 3. ſentent. §. teſtament. q. 5. n. 4.* ubi in fin. addit, quòd tn. legata aliis perſonis, etiam in tali teſtamento relicta, non valeant. Cæterùm patre non permittente, etſi controverſæ ſint Dd. opiniones, tn. plerisque placuit, tale teſtamentum ad pias cauſas non valere: tradente Mantzio *tr. de teſt. val. & inv. t. 2. n. 159.*

De Alienatione per ultimam voluntatem, teſtamentariam.

Ea liberisf. prohibita.

Ratio.

Amplia. 1. 2. 3.

LXVIII

Ampliant hoc 4.) etſi peculium adv. eſſet *irregulare*, plenum, extraordinarium, in quo ſc. plenam haberet proprietatem filiusf. Quòd hactenus inter Dd. acriter adhuc contenditur, rationibus in utramque partem ſatis ponderoſis. Sed cùm hæc quæſtio non ſit hujus loci, tranſimus eand., remittentes tn. Dn. Lectorem, ſi deſideret reſcire argumenta & authores pro Affirm., quòd teſtari de eo poſſit, ad Sichard. *d. l. n. 10.* noviſſimè v. &

4. *Quid de adventitio* irregulari

accuratiſſimè,ac præ cæteris prolixè,eandem defendentem Magnif. Dn. Rebhan.*q.I.ſel.dec.4.q.8.*Pro Negativa v.Rim.*ad d.§.1.I.p.q.n.ac.n.149.* Bocer.*cl.3.diſp.1.th.28.* Vinn.*ad d.pr.I.q.n.e.p.f.t.n.6.ubi in fin.* de cōmuni Dd.opinione pro hac ſententia teſtatur; noviſſimè latè & accuratè etiam ponderantem utramq; Mantz.*d.tr.n.99.ſeqq.* *Limitant* v.in donatione mortis cauſa: quam utique in poteſtate patria conſtitutus de hoc peculio facere poteſt,ſed conſenſu patrisf.,propter hanc adminiſtrationem, accedente. Sc. quia donatio m. c.non publici juris ita eſt, uti teſtamenti factio: uti hanc rationem Dd. tradunt *ad pr.I.q.n.e.p.f.t.l.25.§.1.de don.m.c.l.7.§.5.ff.de donat.* Menoch.*de recup.poſſ.rem.15.n.278.* Fachin.*5.controv.c.24.& ſeq.* Conf. A.Fab.*err.prag.dec.43.err.6.*Dn. Præſes *in diſp.de diff.don.ſimpl.& m.c.th.20.* J.Würt.teſtandi facultas liberisf.data eſt etiam de bonis, hujus adminiſtrationis, ſalvo tn. parentum uſusfructûs jure.*p.3.t.2.§.*und wiewol.*fol.330.& d.p.4.t.15.§.f.*

Quid in hoc jure Wirtenb.?

LXIX.

De Alienatione per actus illicitos. *Delicta quidem liberorumf. poſt ſe aliàs confiſcationem* Trahentia. *Sententia* Adverſa.

Uti v.actibus licitis & permiſſis alienatio harund.rer.liberisf.adempta eſt: ſic nec *Delinquendo* efficere poſſunt, ut amittant proprietatem, aut adverſus patremf.executio in hæc bona fieri queat. Certè, quòd ad delicta attinet,*ob quæ bonor.confiſcatio,expreſſa vel tacita,*jure Rom.(hodierno n.ceſſat bonor.publicatio,excepto majeſtatis crimine. Vid.O.Cr.*art.218.*Mev.*1.decis.187.n.8.*)locum obtinet,ea in his bonis locum non invenit. Quamvis n.ſunt, qui putant, proprietatem eorund. ſalvo patrif. uſufructu, benè publicari,aut eand. liberos amittere poſſe, propter tex. *in l.27.§.11.ff.ad L.Iul.Adult.* & ad exemplum minorum delinquentium, quorum bona,licet ſub adminiſtratione tutor. vel curatorum ſunt, ex delicto tn. amitti poſſe, conſtat *arg.l.4.C.de auct.præſt.fac.l.3.§.5 ff.de reb.eor.qui,*adeò,ut nec in integrum reſtitutione juventur.*l.1.l.2.C.ſi adv.del.l.37.§.1.vers.in delict.ff.de minor.* Cujus ſententiæ autores Jac.de Aren.Cyn.Alb.Jac.de Aretin.Fab. citantur à Gomezio *var.reſol.tom.2.cap.15.n.13.*Sequitur & Paris.*v.4.cons.152.* Fachin.*9.controv.47.* Plures adhuc citat Menoch.*recup.poſſ.rem.9.n.75.*Ex hactenus tn.deductis liberisf.alienationem quoq; horund. bonor., quæ fit hoc modò,interdictam eſſe,facilè colligi poteſt.Text.*d.l.f.§.filiis.a.C.de b.q.l.*ſatis generalis eſt: & iniquum foret,per contractus à filiof.patri præjudicari non poſſe:benè a.per delicta. Inſuper *ex l.12.pr.ff.de fideic.libert.* tradunt Dd.regulam: quòd res, favore tertii alienari prohibita, non poſſit publicari. Gothofr. *ad d.l.voc.publicatis.*Conf. M.Ant.Peregr.*de jure fiſci lib.5.t.1.n.99.& ſeqq*

Noſtra.

ſeqq. Et hanc ſententiam defendit Bart. Alex. Curt. Sen. Socin. Jun. Rol. à Valle, Did. Covarr. Molin. & alii, referente & ſequente Menoch. *d. rem. 9. n. 66. & ſeqq. ubi latè.* Marant. *in ſpec. aur. part. 6. act. 3. n. 35.* Aſc. Clem. *d. tr. c. 7. n. 36.* ubi dicit, patremf. in publicatione adventitior. fiſco præferri. Vinc. Honded. *v. 1. conſ. 95. num. 35.* (ubi reſpond., quòd pater non poſſit compelli aliquid ex his bonis fiſco pro filio ſolvere: uti nec ex ſuis, ne quid. quoad quantitatem legitimæ. Quòd quid. ſtatutis locorum hinc inde mutatum, notante Perez. *C. d. b. proſcr. n. 14.*) Conf. Enenck. *de privil. parent. pr. 4. c. 4. n. 7.* eamq; communem eſſe, teſtatur poſt Ruin. Paris. Peregr. *d. l. n. 128.* nec non Gomez *d. l. n. 13.* qui ad contraria ib. quoq; reſpondet. Plures, de ea atteſtantes, adducit Vinc. Caroc. *tr. de excuß. bonor. q. 4. 10. q pr. n. 9.* qui *n. præt. 4.* oſtendit remedia, quibus paterf. adv. fiſcum jus ſuum tueri queat. Communiorem etiam & veriorem hanc ſententiam appellat Farin. *in prax. cr. lib. 1. t. 3. q. 24. n. 5.* Add. Aſc. Clem. *d. tr. c. 7. n. 36. & ſeqq.* Plebſt. *ad l. P. W. p. 4. t. 9. n. 82.* Sed & hæc alienationis prohibitio non hujus adminiſtrationis effectus eſt, ſecund. veriorem ſententiam: verùm ipſius patriæ poteſtatis: ob quam nec pecúlia liberorumf., quæ eisdem pleno jure ſunt acquiſita, per eorund. delictum publicantur. *per text. in l. 3. & ibi Dd. C. de b. proſc.* Peregr. *d. l. n. 128.* Menoch. *d. l. n. 81. ſeqq.* Farin. *d. l. n. 6.* ubi hoc in utramq; partem examinat *& n. 11.* Gail. *2. de P. P. c. 13. n. 37.* Vin. Caroc. *d. l. n. 10.* ubi de adv. irreg. agit, & pro hac ſententia magis comuniter Dd. ſtare, docet, & authoritates pro communi allegat. Etiam adhuc hodie, poſt *N. 118. c. 2.* per quam, hereditario jure, ad patref. hæc bona, poſt mortem filii, perveniunt. per ea, quæ habet Dn. Brunn. *ad d. l. 3. Quid juris ſit, ſi filiusf. vaſallus feloniam committat, patref. legitimô adminiſtratore in fidelitate conſtituto?* tractat Roſenth. *d. tr. de feud. c. 10. concl. 5. n. 36. ſeqq.* *De Felonia à filiof. commiſſa.*

LXX.

Quod v. concernit delicta liberorumf. alia, *confiſcationem bonor. poſt ſe non trahentia*, d. mulctam aut pecuniariam pœnam, non eſt dubitandum, quin ea committentes obligentur ad eandem, invitô licet patre, & ob id judicio pulſari, condemnari queant; verùm de hoc quæſtio eſt: *An executio in bona hujus adminiſtrationis fieri poßit, durante eâ?* Sæpe incidit hæc quæſtio, dum, nobilis e. g. filiif., materna talia, & nihil præterea, in ære habentes, condemnati ob delictum tale carcere, vel corpore, non videntur puniendi, an in maternis executio fieri queat? obſervante Dn. Manzio *decis. Palat. q. 80.* qui eand. tractat in utramq; partem. P. o Ne- *Non trahentia. An executio mulcta in hac fieri queat.*

gati-

gativa v. concludendum cum eo eſſe, faciunt quæ hactenus deducta. Ob quæ, cùm ne lex quidem in publicationem bonorum hæc ipſa trahat, ut oſtenſũ: multo minùs magiſtratus poterit exequendo inquietare patref. Quare vel differenda erit executio, donec filius ſui juris, per mortem patrisf., vel aliâ ratione, factus, propria bona plenô jure habere inceperit; aut, ſi præſtat juſtitiæ ſatisfieri maturiùs, carceris pœnâ: adhibeat eandem: juxta regulam: quòd, qui non habet in ære, luat in corpore: traditam *in l.f.ff.de in jus voc.fac. l.35. ff.de injur.* à qua in caſu tali nec Nobiles excipiuntur. Mantz.*d.l.n.14.* qui in fine duo in hanc deciſionem præjudicia allegat. Conſ. citati ab Aſc. Clem. *d.tr.c.9.n.14.* Quòd ſi pater f., rationibus domeſticis motus, mulctam pro filio condemnato ſolvit, de adventitiis hiſce ſolviſſe in dubio præſumitur; neutiquam v. de proprio patrimonio. poſt Viv. Aufrer. Joan. Bapt. Bajard. Mantz.*d.l.n.pen.* ut ſic ipſi filio computetur. poſt Bart. Nic. Carb. *in pract. pract. lib.1.c.6.n.10.*

LXXI.

Sequitur de Alienatione harund. rerum, quæ fit à Patref. non Uſusfructûs.

Et hæc de alienatione rerum, quæ ſunt legitimæ hujus adminiſtrationis, in reſpectu ad ipſos Liberos f. Quantũ ergo ad ipſum Patrem f. adminiſtratorem, de alienatione *Uſusfructûs* harund. rer., ipſi competentis, hîc non attinet pluribus agere. Cùm n. ipſius ſit, ex ipſa dominii, Gentium jure introductâ, nec civili jure mutatâ, ratione liberum ejus (quà reale jus eſt, non quà perſonale,) habet arbitrium, etiam in alienando, *arg. l.21. C. mand.* cùmq; cuilibet uſufructuario hæc facultas competat. *§.1. I.de U.ſ.& hab. l.12.§.2. ff.de uſufr. l.38. l.40. ff eod. c. nuper à nobis. 6. de don. inter vir.* cur non & patrif. adminiſtratori? Giph. *ad d. t. C. de b. q. l. vers. quæritur de ipſo uſufructu.* Qui hoc ipsô plus juris non transfert, quã ipſe habet. Pinel. *ad t. C. de b.m. lib.1. part.3 n.37.* De ipſarũ ergo *adventitiar. Rerum alienatione* hîc ſermo erit. De qua omnino notanda primò omnium hæc eſt regula: Quòd ea adminiſtratori noſtro interdicta ſit LL. *l.1. C. de bon. mat. l. 4. in f. l. f. §. 1. C. de bon. quæ lib. & ibi Dd. comm.*

Sed Proprietatis. Ea interdicta eidem. De quo in Genere Rationes.

Id quod ipſa juris analogia quoque docet. Nam cùm proprietas bonorum adventitiorum patrifam. per leges ſubducta, & in liberos translata ſit, uſufructu tantùm earundem cum adminiſtratione relicto, regulæ juris certæ & indubitatæ non poſſunt non obtinere, quibus diſpoſitum, quòd uſufructuarius proprietatem rei uſufructuariæ ne deteriorem quidem facere debeat. *t. t. ff. uſufr. quem. cav.* nedum ut alienare queat. Et cùm adminiſtratio omnis introducta & conſtituta, non ad diſſipandum aut diminuendum, ſed conſervandum, etiam in iis, qui domini

le

loco haberi ſolent. e.g. tutoribus, curatoribus. *l. 27. junct. l. 46. §. 7. ff. de adm. tut. l. 56. §. 4. ff. de furt. l. 7. §. 3. ff pro emt.* repugnaret omnino hoc fini adminiſtrationis noſtræ legitimæ, introductæ ad hoc, ut paterf. officium ſuum, nullâ pravitate corruptum, liberis præbeat: maximè ut eor. bona tueatur & augeat. *tex. expr. in l. f. §. 2. C. de ſent. paſſ.* Quare, ut dictum, etiã expreſsâ lege, ne forſan patriæ poteſtatis reſpectus, è priſtinæ facultatis memoria, quid iniqui ſibi aſſereret, alienandi facultas adminiſtratori noſtro adempta eſt, & interdicta. *d. l. 1. C. de b. m.* Id quod etiam Dd. uno q. ore tradunt omnes. Montic. *in tr. var. auth. de invent. benef. q. 232. n. 146.* Gœdd. *v. 1. conſ. Marp. 27. n. 40.* Ludw. *tr. de ult. vol. ad d. l. 1. C. de b. m. p. 556. & ſeqq.* Enenk. *d. tr. pr. 4. c. f. n. 25.* Harpr. *ad prooem. I. n. 61.*

LXXII.

Unde dicunt rectè, quòd pater non poſſit præjudicare liberisf. in bonis, quæ conſequuntur ab aliis & jure proprio, poſt Bald. Bero. Vin. Honded. *v. 1. part. 4. conſult. 72. n. 40. & ſeq.* Vultej. *v. 2. conſ. 26. n. 55. & conſ. 25. n. 71.* quòd in patris poteſtate non ſit, perſonam filii circa adventitia obligare, aut bona hæc. *t. t. C. ne fil. pro patr.* Mev. *p. 4. decis. 320. n. 10.* ubi elegantem caſum decidit, np. quo, poſtquam filio ex feudo bona materna debebantur, pater, ejus nomine, cum debitore tranſegerat, iſto in ſolutũ accepto, ita tamen, ut junctim in ſe filiumque aliud creditum receperit, ejusq; ſolutionem ex illo prædio creditori promiſerit. Quare nec inter vivos pater alienare poteſt dominium per venditionem, M. de Afflict. *Decis. Neapol. 393. n. 2.* aut donationem: cùm ſemper contraria ſit adminiſtrationi. *l. 7. pr. ff. de donat. fac. l. 1. §. 1. ff. quæ res pignor.* aut ex quacunque cauſa: non in emphyteuſin dare. *d. l. f. §. 5. C. de b. q. l. junct. l. f. C. de reb. al. non alien.* Giph. *ad d. t. C. de b. m. rubr. de alienat.* non hypothecæ ſubjicere. *d. l. f. §. 5.* Giph. *d. l.* non ſervitutem iisdem imponere, ut perpetua ſit. Pinel. *d. tr. l. 1. p. 3. num. 68. & ſeq.* non feloniam in filium, dominum feudi, à vaſallo commiſſam, remittere in ipſius filiif. præjudicium, per ea, quæ habet Ludolph. Schrader. *tr. de feud. 2. part. 9. part. pr. ſect. 14. n. 53.* non liquidum debitum. Bald. *in l. Præſes. vers. venio ad quæſtionem. C. de tranſact.* non de iisdem in præjudicium liberor. tranſigere. Mev. *p. 4. decis. 209. n. 5.* aut tranſigendo rem adventitiam remittere vel tradere. J.P. Surd. *conſ. 451. n. 3.* poſt Bald. Tiraquell. *de retract. conſangu. §. 1. gloſſ. 14. n. 68.* non delatam filiof. adventitiam hereditatem, vel bonor. poſſeſſionem, in ejus præjudicium, repudiare. Barry. *de ſucceſſ. lib. 11. t. 23. n. 1.* Poſt Jaſon, Bart. & alios, Gœdd. *d. l. conſ. Marp. 27. n. 49.* Umm. In ſpecie.

ad

ad proceſ. diſp. 1. n. 31. De donatione à patref. facta, maximè ad longum tempus, vid. Pinel. *d. l. n. 63.* Giph. *d. l.*

LXXIII.

Ampliat. Quòd ampliatur procedere, 1.) etiamſi pater ſit Nobilis: imò etiamſi
1. Princeps ſit. *propter l. 11. & ibi Dd. ff. de R. I.* & alias rationes, pluresq; authoritates, quas adducit Gœdd. *d. l. num. 84. & 75.* Giph. *d. l. ibi:*
2. *an hac prohibitio alienationis inter Nobiles quoque locum habeat?* 2.) etiam ſi communis ſit res ipſi & filiof. M. de Afflict. *dec. Neap. 393. n. 1, 2. 9.*
3. 3.) quòd nec bona hæc liberis cõmunia dividere poſſit. Id. Gœdd. *d. l. n. 74.*
4. 4.) quòd nec donata liberis donatori reddere, etſi remunerationis cau-
5. ſa. Giph. *d. l. p. m. 219.* 5.) quòd, non obſtante poteſtate, filius parenti, bona ejus adventitia alienanti, vel fraudulenter minùsve frugaliter adminiſtranti, interdicere poſſit, ne faciat, quod placet ſibi. uti ita tenet Gloſſa *ad l. 8. §. f. C. de ſec. nupt.* eamq; ſententiam etiam eſſe Bartoli & Baldi, & communem, omniq; jure approbatam, teſtatur Mind. *de mand.*
6. *jud. l. 2. c. 49. n. 4. inf.* Quæ omnia etiã procedunt 6. in ultima voluntate, quòd np. paterf. de rebus hiſce adminiſtrationis ſuæ nil planè diſponere
Interdicta & Statutis. queat. Mev. *ad I. L. part. 2. t. 1. art. 3. n. 6.* Atq; hanc juris Civ. diſpoſitionem ſtatuta lorum hinc inde ſequuntur. Vid. Conſt. Sax. El. *25. p. 5. & ibi* Dan. Moll. *n. 4. & 5. Ord.* Ulm. *d. p. 1. l. 3.* ibi: doch daſſelbig nicht mindern. *Ref.* Francof. *p. 7. t. 2 §. 9.*

LXXIV.

Exceptiones in caſu 1. Neceſſitatis. Sed, quæ de alienatione inter vivos dicta ſunt, procedunt de regula tm. Nam dantur *caſus à jure excepti*, & 1.) quid, *ſi pecunia non ſuppetat.* Perez. *C. de b. q. l. n. 9.* caſus Neceſſitatis, e. g. æris alieni, ex defuncti, à quo adventitiam hereditatem accepit, perſona deſcendentis, uſurarum onere filiumf. prægravantis. *d. l. f. §. 4. & ibi Dd. C. de b. q. l.* M. de Afflict. *d. l.* Ob quam cauſam aliàs & tutoribus & curatoribus alienationem immobilium, ſed cum decreto Magiſtratûs, permiſſam eſſe, conſtat. *l. 5. §. 9.* ibi: *aut uſurarum modus parendum æri alieno ſuadeat ff. de reb. eor. q.* Giph. *d. l. vers. prima hac eſt. p. m. 218.* Id quod tn. de uſuris prægravantibus (hoc n. verbo Imperator utitur in *d. l.*) intelligend., id eſt iis, de quibus verendum, ne bona hæc filiif. brevi exhauriantur. poſt Joh. à Sande *de prob. rer. alien. p. 1. c. 1. n. 59.* & alios, Dn. Lauterb. *diſp. de al rer. quæ ſunt min. th. 29.* Idem eſt, etſi æs alienũ non ſit uſurariũ, ſed aliàs creditor urgeat. *arg. d. l.* ibi: *ſi modò urgeat creditor.* Pariter & in cauſa æris alieni, ut ut non ex defuncti perſona deſcendentis, ex ejus tamen voluntate ultima, quæ ſancta omninò liberisf., vel ob lucrum inde acceptum, eſſe debet. *arg. l. 1. C. de*

SS. Ec-

SS. Eccl. per hereditatis aditionem ab iisdem contracti, (np. ad legator. vel fideicommiſſorum, à defuncto relictor., exſolutionem. *d l f.* §.*4.v. fin a. legata.* modò tamen non ſint *annalia* hæc legata vel fideicommiſſa. Hæc n. (modò ſubſtantia adventitiæ talis hereditatis ſufficientem habeat reditũ, vel alias acceſſiones) ex reditibus hujusm. quotañis pater dependere debet. *d.l.* Conf. Harp. *ad* §.*2. l.de uſufr. n. 167. & ſeq.* ubi tractat de quæſtione: An uſufructuarius omnium bonor. æs alien. defuncti ſolvere teneatur? *An tn. patri alienanti, æris alieni neceßitatem obtendenti, facilè credatur?* tractat A. Fab. C. *de b.q.l. def. 3.n.6.* quemad. & : *An prudenter, nec ſine probabili cauſa, alienaſſe præſumatur?* Græve. *2. concl. 72.n.10.* Porrò & in caſu neceſſitatis alimentorum, ſi non ſuppetunt patrif. media, liberos & ſe ſuſtentandi. *arg. d.l.f.* §.*5. ibi: & ab ipſis liberis parentes, ſi inopia ex utraq; parte vertitur.* Dn. Brunn. *ad d.l.f.* §.*5.* Proſpexit in hanc rem quoq; Jus P. Würt. *in d. p.4.t.14.* Cui neceſſitati comparatur & ſtudior. cauſa. *arg. l.4. ff. ubi pup. educ.* per ea, quæ habet Dn. Lauterb. *in d. diſp. de al. rer. q. minor. th. 30.* In tantùm a. in caſu urgentis neceſſitatis alienare poteſt, ut etiam teneatur ad id, ſub pœna præſtationis intereſſe, liberis faciendæ. *d.l.fin.*§.*4.* Joh. Ludov. *de decis. 13.n.12.*

LXXV.

II.) *Etiamſi pecunia ſuppetat*, caſus nihilominus *Vtilitatis*, & 1.) quid, indubitatè *oneris & damni*, quod res aliqua hereditati, aut rebus adventitiis aliis, infert, *avertendi. d.l.f.*§.*5. vers. exceptis.* ibi: *exceptis videlicet rebus mobilibus vel immobilibus aliis, quæ onerosæ hereditati ſunt, vel quocunq; modò damnoſæ.* Dn. Brunn. *d. l.* In quo inter noſtrum adminiſtratorem & tutorem curatoremq; differentia eſt. Hos n. immobilia, etſi expediat, iſtis carere, alienare non poſſe, conſtat *ex l.5.*§.*14.* ibi: *vel certè iſtis carere. l.pen.* ibi: *infructuoſum eſſe fundum. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* Hoc forſan ideò, quia minorennis ætas ſuum habet terminum, qui ſine magno incommodo expectari poteſt, ut tunc ipſe minorennis, major factus, diſpiciat, quid ſibi circa alienationem faciendum ſit: at adminiſtratio noſtra durat regulariter, quàm diu pater vivit. Monet a. Imperator *in d. l. f.* §.*5. vers. exceptis*, ut precium ex his rebus redactum, vel in res, vel in cauſas hereditarias, procedat, vel filio ſervetur.

II. Utilitatis 1. oneris & damni avertendi.

LXXVI.

An v. 2.) *Vtilitas utilitatis*, ſ. commodi majoris conſequendi, juſta alienationis rerum, præprimis immobilium, cauſa eſſe queat? Non omnium eadem eſt ſententia. Certè Giph. *d.l. vers. quærunt Interpretes.*

2. *An* Utilitatis commodi majoris? *Pro* negativa.

p.m.219. exiſtimat, affirmantem opinionem periculoſam videri, & liberis valdè damnoſam: Regulamq;, quâ nitantur Interpretes, quòd neceſſaria ad actum aliquem, in favorem alicujus introducta, ſolennitas, omitti queat, ſi illi actus expediat: in jure non extare, ſed commentum eſſe. E contra v. (præter regulam traditam jam à Conſtantino *in l.1.* & ab Arcadio & Honorio *in l.2.C.de b.m.*) expreſsè, extra memoratas à Juſtin. cauſas, quas inter hæc non ſit, alias prohiberi *in d. l.f.* §.5. ibi: *ſed pater quid. in prædictis tantummodò cauſis habeat licentiam ritè res filiorumf. vendere filij nomine: vel ſi emtorem non invenerit, ritè pignori ſupponere.* Idem reſpondiſſe videtur Vinc. Honded. *v.2. part. 2. conſult. 19. n. 14. junct. n.3.*

Affirmativa. Quicq. tn. hujus ſit, Dd. nihilomin⁹ contrarium docuerunt pleriq;, quòd omninò pro filii utilitate evidente alienatio patri, vi adminiſtrationis hujus, ſit permiſſa. Et primò quid. hoc docet Gloſs *ad l.4. verb. interdicta, ibi: niſi pro utilitate filii. C.de b.q.l.* Bald. quoq; *ib.n.1.* Secuti ſunt Jaſon. Aretin. Tiraq. quos citat & ſequitur Aſc. Clem. *d.tr. de patr.pot.c.17.n.10.* Hippol. Riminald. *ad r. I. qb.al. lic. n. 185.* Ita reſpondit etiam J.P. Surd. *cons.451.n.22.* np. quòd patri ſemper liceat in rem & utilitatem filior. alienare bona adventitia. Et licet Joh. Gœdd. *v.1. cons. Marp.27.n.34. & ſeqq.* videatur contrarium, examinatis Dd. ſententiis, reſpondiſſe: id. tn. omninò ſentit *in n.55.* inquiens: *Sola neceſſitas æris alieni, & deinde ſi ex alienatione aliq. majoris utilitatis accreſcat filio, eaq; filio ſit utilior, juſta in jure noſtro definiuntur cauſa.* Ac certè notare hinc inde licet, eosd. authores ſæpe diverſis in locis diverſimodè de hac re ſcribere. & modò permiſſam, alienationem in uno tm., np. neceſſitatis, caſu: modò etiam in caſu utilitatis. Ita Aſc. Clem. *d.l.* de utilitate loquitur: qui in *cap.præc.7.n.47.* dixerat: *alienationis prohibitionem fallere in uno caſu, æris np. alieni, à defuncto deſcendentis:* Ita poſtq. Honded. *d.l.* dixerat, neceſſariam alienationem non interdici patri: ſubjicit *in n.22.* permutationem ad filior. utilitatem à patre factam, re pro filiis receptâ & ſurrogatâ loco alienatæ, ſubſiſtere. Vid. etiam Perez. *C. de b.m.n.5.* Non poſſumus v. diffiteri, quòd Dd. citati adducant text. *d.l.f.* §.4. & 5. *C. de b.q.l.* qui tn. de hac utilitate non loquuntur: ac propterea ſecund. hos textus intelligi velint: obſervante etiam Tiraq. *ad l.ſi unquam. C. de revoc. don. in præf. n.32.*

Cautela. Quare omninò tutiùs eſt, ut, ſi filiusf. majorennis eſt, paterf. ad, immobilium maximè, alienationem ex hac cauſa conſenſum ipſius adhibeat; Quòd ſi v. eſt minorennis adhuc, magiſtratûs decretô eam faciat. per tradita Surdi *d.l. n. 27. & ſeq.* qui in cauſæ, ante id inſtituenda, cognitione debitè ponderabit: & alienationis im-

impulſivam: an prætextus tm. ſit: an forſan ex novercalibus delinimentis velit ſuſcipi: in invidiam fortè agnatorum: & ſubjecti alienantis qualitatem: & objecti rationem: annon præferendum utilitati, quam ſectatur, e.g. intereſſe affectionis enorme & conſiderabile, quod in re alienanda filius habet. *arg. l.35.* & ibi Joh. Brunn. *ac Dd.ff.de minor.junct. l.22.verſ. nec v.C.de adm.tut.* Finem quoq;: an in duraturam, ipſius etiam filii, poteſtate aliquando ſoluti, utilitatem; an v. præſentis tantùm adminiſtrationis: & quæ alia conſideranda proponuntur, huc ſpectantia, *in t.t.ff.& C. de reb.min.* Certè cùm hæc diſputatio in Auguſto Imperialis Cameræ judicio in ardua quad. cauſa olim incideret, communib. ſuffragiis, non, niſi urgente æris alieni neceſſitate, permiſſam eſſe patrif. ſine decreto alienationem: verùm extra hanc cauſam ſemper eô opus eſſe, concluſum fuiſſe, teſtatur Myns. *6. O.61. n.4.* Et hanc ſententiam etiam firmavit Reform. Francof. *d.p.7.t.2.§.9.ibi:* auſſerhalb ehehaffter Nothdurfft.

LXXVII.

Juſtâ igitur alienationis cauſa exiſtente, alienatio har. rerum uti licita eſt, ita à nemine ex hoc capite retractari poteſt, *d.l.f.§.5.C.de b.q.l.* Unde & tranſactio de rebus liberor., utiliter prudenterq; facta, etiam cùm earund. dimiſſione (quicquid alii dicant) valet. *arg.l.10.ff.de tranſact.* J.P. Surd. *conſ.451.n.20.ſeqq.* propter adminiſtrationē cum libera à lege. Menoch. *1.præſumt.q.46.n.39.* Diſcreti a. judicis eſt, arbitrari, an utiliter & prudenter à patre fuerit ſuſcepta. Beſold. *in delib.ex lib.2.ff.q.20.* Idem de caducitatis remiſſione reſpondet Steph. Grat. *deciſ.49.n.29.* Interim, qa. adventitior. alienatio, à patref. facta, contra regulam eſt, idcircò contra accipientem ſtat præſumtio tam diu, donec probaverit juſtam, & legibus fundatam, alienationis cauſam, uti poſt Bart. Caſtrens. Dec. Ar. Pinel. reſpondit Gœdd. *d.conſ.27.n.51.* ex Simoncelli *tr.de decret.* Beſold *d.l.* Hæc, ſi probari nequit, ut illegitimè & nulliter facta, retractari poteſt. *d.l.f.§.5.* ordinariô rei vindicationis remediô. Honded. *d.v.2.p.2.conſult.19.n.17.* In quo quomodo filius vindicans probet dominium, tradit Sichard. *ad l.1.C.ad exh.n.6.* ut ſic in integrum reſtitutionis beneficiô ad hoc non opus ſit. Carol. Molin. *conſ.40.n.27.p.192.* A. Fab. *ad C.de b.q.l.def.1.n.8.& 9.* Unde eum, qui à patref., adminiſtratore tali, quid emit, monet Conſtantinus, ut cautus ſit. & cautelas ſuppeditat *in l.1.C.de b.m.* ne incidat in legum laqueos. Add. *l.1.§.f.C.de ann.exc.* Vid. Pinel. *d.tr.l.1.part.3.n.23.*

Ex juſtâ cauſa facta alienatio retractari *nequit.*

Benè autem, illegitimè facta, à. Filiof. *poteſt.*

LXXVIII.

Hîc v. diſpiciendum, cùm ap. Dd. hæc res diverſimodè tractetur: An

Sed an Patref.

vivente? & *adminiſtratione quidem* durante? *Pro Aff.* quæ noſtra. Rationes

liberi, patreſ. vivente, hoc facere poßint: an v. eo demum mortuô? Plerunq; ſed indiſtinctè, aſſerunt, etiam vivente patre revocare poſſe. Vid. Beſold. *diſp. ad p. 4. I. P. Wirt. th. 50.* Nos a. quoad priorem caſum *diſtingu.* putamus: utrum eo vivente adminiſtratio hæc caſu aliquo ſit extincta: an v. adhuc duret. Si *durat* adhuc, non arbitramur permiſſam eid. eſſe revocationem ſine conſenſu patriſf: quia & patria poteſtas, & ipſa adminiſtratio, impedimento ſunt. Id quod ſatis clarè colligitur *ex d. l. 1. § f. C. de ann. exc. ibi: niſi ex quo actionem movere potuerint, i. e., poſtq. manu paterna, vel ejus, cujus in poteſtate erant conſtituti, fuerint liberati.* Verba n.

1. hæc generaliter concepta ſunt de liberorumſ. bonis hujuſm., ab aliis poſ-

2. ſeſſis. Id quòd & à poſteriori demonſtrari poteſt, np. à denegatione adv. liberos, adminiſtratione hac finitâ, præſcriptionis triennii vel deceñii, aut vicennii, eâ durante, completæ, exceptionis, fundata *in l. 1. junct. a auth. niſi tricennale. C. de bon. mat. & in l. 4. in f. C. de b. q. l.* ex hac cauſa, quòd agere

3. priùs non valuerint ob poteſtatem. Accedit, quòd hoc in caſu liberor. non interſit, cùm uſusfructus ſit patris adhuc. Hinc vivente patre revocationem filio non permiſſam eſſe, reſpondit cum Bartol. Aret. Socin. Nic. Bellon. *conſ. 23. n. 5. & ſeq.* & accedit Fachin. *l. 12. controv. c. 58.* ubi diſſen-

4. tientem Pinelum *in d. tr. l. 1. p 3. n. 74.* refutat. Aſc. Clem. *d. tr. c. 17. n. 15.* Et licet contrariam ſententiam liberiſf. meliorem & tutiorem, *propter l. f. C. in quib. cauſ. in integr. reſt. nec non eſt. l. 5. ff. de ſuſp. tut.* aſſerat Giphan. *ad t. C. de b. q. l. p. m. 221.* hanc ipſam tn. juri magis convenire, noſtræq; adminiſtrationis naturæ, ultrò agnoſcit. Diſſentientes utuntur *d. l. 1. § f. ibi: quandocunq; rem ſuã vindicantib. C. de ann. exc.* ex quo concludunt, quòd poſſint & vivente patre: & quòd favore liberor. ſit introductum, ne poſſeſſores conveniri queant durante poteſtate: quod in eor. odium torqueri non debeat: Maximè, quod conſultiùs ſit, ut filius etiam primùm audiatur, ne lapſu temporis difficilior fiat revocatio: præcipuè propter arduam illam difficultatem: an mortuô patre filius heres admittatur ad dictam revocationem? Joſeph. Ludov. *d. decis. 13. n. 10.* Brunn. *ad d. l.* A. Faber *ad t. t. C. de b. q. l. def. 1.* Perez. *Cod. de b. m. n. 5.*

Pro negativa.

LXXIX.

An conſenſu Patriſf. revocare queat?

Quin a. liberi *cum conſenſu patris* id facere queant, & res alienatas à poſſeſſorib. vindicare, non dubitamus aſſerere, cum Cavalc. *part. 1. dec. 7. n. 20.* Joſ. Ludov. *d. l. n. 19.* Honded. *d. v. 2. part. 2. conſ. 19. n. 25.* ubi tn. *n. prac.* ex Ripa & Ancharano addit, in dubio hunc conſenſum non præſumi. Siquidem Dd. tradunt, quòd & ipſe pater, non quidem ſuo nomine,

a. ex

aut ex ſua perſona: ſiquidem exceptione repelleretur, quæ extat *in l.17.ff. & l.11.C. de evict.* ſed adminiſtratoriô, filii nomine, id poſſit. poſt Gloſs. Bald. Salicet. & alios, Honded. *d.l.n.15.* Surd. *vol.3. conſ.365.n.24.* A.Fab. *lib.4.Cod.tit.11.def.4.n.2.& lib 6.t.33.n.2.* Perez. *C.d.l.n.6.* Add. *l.7.C.de agric.& cens.* Conf. Pinel. *d.l.n.72.ſeq.* Et hunc intellectum *d.l.1.*, quòd np. filius vivente patre, cum ejus conſenſu, id facere queat, novum ac verum eſſe, tradit ipſe Joſ. Ludov. *d.decis.13.n.20.* Quo quidem in caſu pater vel conſentiens, vel agens ipſe, ignoranti emtori reſtituenti tenebitur de evictione. Honded. *d.l.n.16.* Sichard. *ad l.1.C.ad exh.n.5.*

LXXX.

Sed an pater invitus ad conſentiend. cogi poßit? quæſtionis adhuc eſt. Ex hactenus dictis conſequitur, negand. eſſe. Et certè nullibi in jure hoc expreſſum eſt: & diſpoſitio *legis fin. pr. vers. neceßitate. C.de b.q.l.* quam diſſentientes urgent, ad aliud planè, & diverſum juris punctum pertinet, obſervante rectè Fachin. *d.l.* Quanquam id cum Baldo affirmant alii. Hond. *d. l. in f.* & Joſ. Ludov. *d.l.* qui ex *d. l. 1.pr.vers.neceßitate.* putat, implorari poſſe, ad conſenſum patris impetrandum, officium judicis: adeò, ut ſtatuant, quòd poſtulante filio pater cogi poſſit per judicem, ut agenti filio conſentiat: etiamſi juraverit, ſe nullo modo, nullaque ex cauſa, contra unquam venturum. A. Fab. *d. l. C. de b. q. l. def.2.n.3.& 4.* ubi aliam quæſtionem ſubjungit & decidit: *Quid juris, ſi eadem bona; qs. perperam & contra legem alienata, filius, vivô adhuc patre, qui vendidit, alteri vendere velit: an permittendum ſit patri, ut filio vendenti conſentiat: aut filio, ut vendat, etiam invitô, vel non conſentiente, patre, in cujus eſt poteſtate?* Quicquid tn. ſit, ſive ſponte conſentiat pater, ſive coactus, fatetur tn. Hond, *ibid.n.18.& 19* quòd aliam in hoc judicio liberi non poſſint obtinere ſententiam, quàm ut declarentur domini, ob alienationem non ſubſiſtentem, & bona ipſis eſſe reſtituenda mortuô patre: (ſeu, quod idem, finitô uſufructu & adminiſtratione hac) In præjudicium n. tertii conſenſus ejus nil operari debet. Cavalc. *d.l, n.21.ſeq. Quid v., ſi liberi tunc fatis concederent, vivo adhuc patre?* Dicend. arbitramur, ratam tunc manere alienationem. *arg.Nov.22.c.26.pr.* Giph. *d.l.p.222.*

An ad eum Paterf. invitus cogi queat?

LXXXI.

Quantùm jam ad poſteriorem caſum, *finita* nim. per mortem, vel aliâ ratione, adminiſtrationis hujus, attinet, de facultate, ſuo jure revocandi, tunc liberis competente, res omninò eſt certa. per *d.l.1.C. de b.m. l.4. C. de b.q,l.* adeò, ut eum, à quo revocatur, nec bona fides tueatur, nec juſtus

De, Adminiſtratione finitâ, revocandi facultate.

 error.

Si filiusf. heres non eſt.

error. Perez. C. *de b.m.in f.* Neque ullum habet dubium, *ſi hereditati paternæ ſe non immiſcent*; adeò, ut, licet filia, dote acceptâ, renunciaverit paternæ hereditati: tn. alienata revocare queat. arg. eorum, quæ de ceſſante tunc collatione tradit Carpz. *p.2.decis.166.n.6. & ſeqq* Ita reſpondet cum Gloſs. *ad l.f.§.in computatione, verb, confundantur. C.de jur.delib.* Vultej. *v.1.cons.27.n.154.* Etſi n. liberis perſona parentũ ſancta eſſe debet, non tn. juris defenſio ipſis eſt ademta. poſt Bart. Mev. *p.5.decis.67.in f.* Quòd ſi v.

Si heres eſt.

filius heres eſt, & *hereditati paternæ ſe immiſcuit* ſecus eſſe, haud pauci tradunt. *arg.l.14. C.de R.V. ubi Dd. junct. d.l.17.ff.l.11.l.14. C.de evict.* Nicol. Bellon. *d.l.n.14.* Sich. *ad l.1.C ad exhib.n.3.& 4.* cum Graſſo, Beſoldus, *diſput.ad l.P.W.p.4.th.50.* Verùm contra hoc opponi poteſt, quòd, quando alienatio aliqua eſt contra leges, ab iis improbata & prohibita, contra eandem ipſe etiam alienans venire queat, & ſic etiam ejus heres, ut ex Barbos. *ad d.l.14.n.14.* notat Dn. Brunn. *ad eand.in f.* Arbitramur tamen talem heredem revocantem, ratione obligationis ſecundariæ, np. ad intereſſe præſtandum, pro ea parte, quâ heres eſt, obſtrictum eſſe. Quid ſi heres ſit cum inventario? Vid. poſt Pinel. Natt. Caſal. Manent. *cons.86.in f.*

LXXXII.

Præſcriptio contra facultatem revocandi, durante adminiſtratione hac, nulla currit.

Notandum a. hîc, quòd, quamdiu durat hæc adminiſtratio, tamdiu nulla, contra hanc revocandi facultatem, currat liberis f. *Præſcriptio. d.l.1. C.de b. m.d.l.1.§.f.de ann. exc.l.4.in f.C.de b.q.l.arg.Nov.22.c.24 & inde deſumta auth.niſi tricennale.C.de b m.* Aſc. Clem. *d.tr.de p.p.c.17 n.16.* ne quidem 40 annor. Carpz. *I. F.p.2.c.3,d.12.n.11.*

Ratio.

Ratio hujus conſiſtit in facultate revocandi, durante poteſtate, & ſic adminiſtratione hac, præcluſa à lege. *d.l.1.§.f.C.de ann.exc.* ob quam nulla culpa vel negligentia ipſis imputari poteſt. *d.l.* imò v. præmio potiùs dignum cenſendum eor. obſequium, quòd revocando patrem offendere noluerunt. Eleganti præjudiciô punctum hoc illuſtrat Carpz. *d.l.in f.* cujus hæc verba: Iſt eure Mutter allbereit vor 40. Jahren/ ꝛc.

Benè v. eâ finitâ. Sed tunc non longi temporis, verùm tricennalis.

Ex quo v. ſui juris eſſe cœperint, & ſic adminiſtratio hæc finita, adeòque jus agendi competit, tunc incipit adv. eos currere præſcriptio: verùm, non longi temporis: etſi emtor aut poſſeſſor ſit bonæ fidei. Abolita n. ea in hoc caſu eſt: ſed tricennalis. *arg. d. Nov.22. c.24. & inde deſumta auth. niſi tricennale.* Idq; ſingulari jure. Vultej. *v.1. cons.27.n.221.* Sich. *ad l.1.C.ad exh.n.3.* Quamvis enim d. Nov. de lucris nuptialib. concepta ſit, & de iis tantùm accipiendam arbitretur Perez. C. *de b.m.n.7.* Dd. tn. communiter & ad adventitia noſtra reliqua extendunt

Ratio.

ejusd. diſpoſitionem, obſervante Brunn. *ad d.auth.* Ejus juſtitiam in hoc

con

conſiſtere, cum Pinelo *ad. d. auth. n. 5.* arbitratur Brunn. *d. l.* quòd lex obviare voluerit fraudi patris alienantis bona filii, & ſuccurrere filiof., ignoranti, bona ſua à patre poſſeſſa, & ſine rationum redditione adminiſtrata. Perezius. *C. de b. m. inf.* cũ Fulgoſio, etiam in ſciente filiô adducit cauſam, np. quòd, licet ſciat, bona ſua alienari, non tamen facilè poſſit contra factum patris venire: non ſolùm ob impedimentum poteſtatis, d. etiam ob reverentiam & honorem, quem patri debet. Id quod in adventitiis, huic adminiſtrationi non ſubjectis, ſecus eſt. Pinel. *d. l. n. 33. & ſeq.* Hæc cum ita ſint, tutum omnino eſt, ut, qui cum patre tali circa hæc bona contrahit, vel ut aliàs etiam pater, ut actus, ſine controverſia, quantùm ad hoc, valeat, conſenſum filii adhibeat, ſi ejus eſt ætatis filius. Cautela pro *contrahente cum tali patref.*

LXXXIII.

Et hæc de adminiſtrationis hujus conſtitutæ Effectibus. Quibus tn. id ultimò addendũ in genere, quòd pater adminiſtrator eam, non majorem, diligentiã, quam reb. propriis adhibibere ſolet, in adventitiis hiſce adferre teneatur, *fac. l. 1. herc. C. de b. m. l. 25. §. 16. ff. fam.* J. P. Surd. *conſ. 451. n. 30.* Fr. Card. Mant. *vol. 3. conſ. 457. n. 30.* Sequuntur Contraria, adminiſtrationem hanc deſtruentia & finientia. Hæc jam quod concernit, cùm ex ſuperioribus conſtet, quòd adminiſtrationis hujus columnæ, quibus innitatur, duæ ſint, mutuam ſibi operam præſtantes: nempe patria poteſtas, & uſusfructus rer., eidem ſubjectarum: quibus ſtantibus, & hæc adminiſtratio regulariter Enenck. *d. tr. priv. 4. c. 4. n. 18.* duret; conſequens utiq; eſt, quòd, *vel* amiſsâ aut finitâ poteſtate & uſufructu ſimul: *vel* amiſsâ poteſtate ſolâ, retentô licet uſufructu: *vel* amiſſo & finito uſufructu, manente licet poteſtate, adminiſtratio hæc ſimul amittatur, aut finiatur. Gloſſa *ad auth. excipitur. C. de b. q. l.* ex nota rationis regula: quòd ſublatâ causâ, tollatur effectus. *Conſtituta hæc adminiſtratio conſideratur etiam quoad* Contraria I. *ut* Finienda.

LXXXIV.

Ac 1.) pridem non eſt dubium, quin, *utroque fundamentô ſublatô*, & ipſa corruat. Hoc v. fit *morte Patrisf.* adminiſtratoris, eâque *Naturali*, *pr. I. q. m. j. q. p. p. ſolv. §. 3. I. de uſufr.* J. P. W. *d. p. 4. tit. 8. §.* inmaſſen. *f. 455.* Uti enim jura hæc ſunt perſonalia: imò perſonaliſſima, oſſibus patrisf. inhærentia. Dd. *ad d. pr.* ita facultas hæc, ead. conſequens. *arg. l. 196. ff. de R. I. c. privilegium. 7. de R. I. in 6.* ibiq; Dyn. Ita & tutoria & curatoria adminiſtratio finitur. *§. 2. I. quib. mod. tut. fin. l. 16. §. 1. ff. de tutel.* Quamvis ac tunc Jure W. *d. p. 4 tit. 12. §. 1. f. 465.* minorennium, in matrimonio nondum exiſtentium, bona adminiſtranda traduntur Avo. Pl. bſt. *d. diſp. 4. ad p. 4. 1 b. 83.* illa tamen adminiſtratio diverſa ſine dubio ab hac noſtra eſt. *I. P. W. d. l. §. 2. fol. ſeq.* *Corruit ea* I. utroque fundamentô ſublatô, *ſc. Patrisf.* Morte *Naturali.*

LXXXV. Sed

LXXXV.

Civili.

Sed & morte ejus Civili finitur. §. *1. & 3. I. eod.* & liberis, non fiſco, hæc bona, aut eor., qui penes patrẽ hactenus fuit uſusfructus, ut & profectitium peculium, deferuntur, *l. 3. §. 4. in f. & ibi* Gothofr. *voc. ſeparatur. ff. de minor. junct. l. 10. ff. de jure fiſci.* J. Jac. Piebit. *diſp. 4. p. 4. ad 1 P. W. th. 81.*

Quid ſi paterf. captus ab hoſtibus?

Quod ſi tamen paterf. ab hoſtibus caperetur, (ſervus eor. ſi. factus. *§ 5. I. eod.* etiam adhuc hodie, ubi à Turcis, Saracenis, Tartaris & infidelibus aliis, captura fit. Rec. Imp. *de Ao. 1542.* §. und wiewol. ibi: in eine tyranniſche und viehiſche Dienſtbarkeit.) & ap. eos moreretur, inde à momento captivitatis finita eſſet, ob L. Corn. fictionem. *d. §. 5. junct. arg. ex §. f. I. qb. n. e. p. f. t. l. 18. l. 22. pr. ff. de capt.* Reverſus verò reciperet eandem cum omnibus aliis, jure poſtliminii. *arg. d. §. 5. l. 16. d. l. 22. §. 2.* Peregr. *de jur. fiſc. lib. 3. t. 3. n. 4.* Pendente autem captivitate quid juris interim, videri poteſt apud alios. Conf. Mev. *p. 4. decis. 94.* A. Fab. *C. lib. 5. t. 4. def. 4. in f.* Dn. Bardili *diſp. de curat. bon. abs.*

item Adoptione.

Fit inſuper amiſſio poteſtatis & uſusfructûs, atq; ita & adminiſtrationis hujus, *Datione in adoptionem*, alicui ex adſcendentibus facta. *arg §. 2. I. de adopt. l. pen. C. eod.* ita tamen, ut illicò nova incipiat in adoptante. *dd. texx.*

LXXXVI.

II. Finitâ Poteſtate, *manente licet Uſufructu. Quod fit* 1. *Liberorum* morte *naturali.*

Sed nec magis dubitandum eſt II. quin adminiſtratio hæc finiatur, *finitâ poteſtate, ſed manente uſufructu.* Id quod contingit 1.) liberorumf. *morte naturali. arg. pr. & §. 1. I. qu. m. j. p. p. ſ.* quâ, utpote proprietariorum, non finiri uſumfructum, licet uſufructuarii poteſtas patria finiatur, conſtat *ex l. 3. §. 1. C. de uſufr. l. 1. ibi: in diem vitæ. C. de b. m. l. 4. ibi: usq; in diem vitæ. l. 6. §. 2. in f. C. de b. q. l.* & eſt communis opinio, ut ex Pinelo atteſtatur Aſc. Clem. *d. tr. c. 7. n. 34.* Joh. P. Surd. *conſ. 116. n. 46. ſeq.* Quod quid. ita accipiendũ eſt, ut, in quantum eorund. heres eſt pater in adventitiis hiſce (ea namq; patremf. poſt *N. 118. c. 2.* non magis peculii jure ad ſe recipere poſſe, ac caſtrenſia aut qs. caſtr., nulli dubitamꝰ. Vinn. *ad pr. I. q. n. e. p. f. t. n. 6.* Maximè jure Würt. L. R. *p. 4. t. 19.* §. ſo dann. *fol. 485.* ibi: ohne Unterſcheid / woher gleich ſolche Güter an das verſtorbene Kind kommen. *&* §. auff den Fall. *fol. 487.* Moribus tamen in una vel altera horundem adventitiorum ſpecie hinc inde aliud receptum: ut de donariis baptiſmalibus exempla occurrunt) in tantum utique finiatur conſolidationis jure. *§. 3. I. de uſufr. l. 27. ff. quib. m. uſ. am.* ſed & in quantum unà cum eodem defuncti fratres & ſorores ambilaterales, vel eorundem filii, concurrunt, uſus fructus itid. ex nova (vid. *l. 13. §. 2. C. de legitim. her. l. f. C. comm. de*

ſuc.

ſucc.) Juſt. diſpoſitione *in Nov.118.c.2.vers.ſi v.* ibi: *nullum uſum ex filiorum aut filiarum portione.* finiatur. Quare tantùm in caſu, quo defunctorum liberor. mater cum patre in eorundem hereditate concurrit manere poteſt, patriâ poteſtate per mortem ſolutâ, uſusfructus: aut, ſi ſola etiam defuncto jam patre, ſuccederet: vel pater ſolus, matre defunctâ, *l.3. C.de b.q.l.* avô eorundem paternô (de Jure Rom. uſufructuario) ſuperſtite excluſô. *l.f.§.1.C.ad SCt.Tert.* Fab. *ad C.lib.6.de b.q.l. def.ult.* vel etiam, ſi filius decederet, liberis relictis. *l.3.l.4.l.6.§.1.pen.C.de b q.l.* Giph. *ad d. t. p.222.* In eo v. caſu, cùm proprietas bonor. non eſt ampliùs perſonæ, poteſtati ſubjectæ, ſed extraneæ, adminiſtrationem hanc noſtram finiri: cùm nec uſusfructus ampliùs patriæ poteſtatis jure penes patrẽf. ſit, ſed communi uſusfructûs, à quacunq; cauſa formati. *d.l.3.§.1.C.de uſuſr.* ex ſupra dictis conſtat. Conf. Aſc. Clem. *d.t, in f.* Finitur quidem patria poteſtas etiam *liberorum ſ. morte* Civ. *d.§.1.I.q.m.j.p.p.tol.* ſed tamen ſimul & uſusfr. Siquidem, hoc in caſu, bona hæc adventitia, non ſucceſſionis jure alicui deferuntur, ſed patriæ poteſtatis jure manent ap. patrẽ *l.3.C.de bon. proſcr.* ubi Brunn. & D.I. Jul. Clar. *l.5.ſent.§.fin.q.78.* Diod. Tuld. *C.eod. in fin.* Vid. ea, quæ ſupr. *th.69.* deducta. Quare conſolidatione in totũ cũ uſufr. factâ, & ſic utraque columnâ adminiſtrationis noſtræ corruente, non poteſt non ipſa adminiſtratio hæc, quã hactenus in iis paterf. habuit, evaneſcere. *arg.l.21.C.de mand.* Vide J. J. Pleblt, *diſp.4.part.4.ad I.P.W. th.82.* Civili.

LXXXVII.

2.) Emancipatione liberorum *ſ.§.6.I.qb.m.j.p.p.ſolv.junct.§.2.I.p.q.p.n.a.* Novo n. jure, quod eſt *in l.6.§.3.C. de b.q l.* (unde *d.§.2.I.*) dimidia uſusfructûs adventitiorum, quæ tempore emancipationis habuerunt, in præmium emancipationis manet ap. patrem, poteſtate licet per emancipationem ſolutâ. imò & eorum, quæ poſt emancipationem obveniunt, virilem uſusfructûs portionem accipit, tanq. munus lege oblatum reverentiæ patris manumiſſoris. *l.3.C.de b.m.* Cujac. *ibid.* Aſc. Clem. *d. tr. c.7. n.35.* Perez. *eod.n.3.* Quod tamen de adventitiis maternis, non de aliis, ita eſt. cum Pinel. *ad d.l.3.n.3.* Dn. Brunn. *ad eand.* Itaq; emancipator. patrimonium tunc hæc bona ſunt, uſufructu licet penes patrem emancipatorem, dictâ ratione, conſtitutô. Qui, ſi majorennes ſunt, ſuo arbitriô, ut alii, morte patris liberati, diſpenſant id ipſum. *arg d.l.21.C mand.* Si verò ſunt minorennes, tutorem a. curatorem habere poſſunt; cujus adminiſtrationi, ſed tutoriæ aut curatoriæ, bona hæc, etiam quor. uſumfr. habet. *arg.l.18. inſ. C. de exc. tut.* (niſi quòd de fructibus eorund. rationes non

2. Item Emancipatione.

reddat. Mindan. *d. tr. de mand. jud. lib. 2. c. 49. n. 5.)* ſubjecta ſunt. & ſic ab hac noſtra adminiſtratione planè diverſæ. per ea, quæ ſupra de neceſſitate inventarii conficiendi, *th. 32.*, decreti in alienationib. adhibendi, *th 38.* *Quid pro Emancipatione habeatur hinc inde?* rationes reddendi, *th. 39.* de legali in bonis ejus hypotheca, *th. 36.* fuerunt dicta. Emancipationis effectum cùm habeat Separatio liberor., in foro Sax., Lubecæ, aliisq; in locis, quid de ea in hoc puncto ſentiendum ſit, facilè ex dictis colligi poteſt. Vid. tamen Conſt. Elect. Sax. *25. p. 3.* & *R. lib. 1. art. 2.* Carpz. *l. F. p. 2. c. 10.* Richter. *p. 1. decis. 18. n. 7.* Mev. *ad Ius Lub. p. 2. tit. 2. art. 33.* Georg. Schultz *ad §. 1. l. p. q. p. c. 4. lit. b.* Pariter & quid juris, ſi matrimonium liberi ineant? videri poteſt ap. Penſold. *in addit. ad Coler. decis. 222.* In Bavaria ſeparatio à patref., ejus conſenſu, aut, ſi majorennes liberi, ex cauſa, à Magiſtratu agnita, etiam ſine ejus conſenſu, facta, finit poteſtatem. Item matrimonium cum ſeparata habitatione. Seb. Khrayſſer. *d. l. tit. 3. art. 2.* adeoq; & uſumfr. & adminiſtrationem, *art. 3.* Quod tn. inter Nobiles, Doctores & Patricios, quoad materna, & adſcendentiũ huj⁹ generis, bona ibid. ſecus. De eo 3.) Qu. *An poteſtate per*

3. *An* Dignitate? *Dignitatem finitâ, retineatur uſusfructus?* Verùm, cùm finiatur adminiſtratio noſtra, ſive retineatur uſusfr., ſive nõ: quare ulterius talia tractare ſuperſedemus. Vid. tamen poteſt Fach *6. controv. 35.* Aſc. Clem. *d. tr. c. 7. n. 34.* Dn. Lauterb. *d. diſp. de uſufr. patern. th. 39.*

LXXXIIX.

An III. Finitô Uſufructu, *manente licet poteſtate,* volente *patref. ſc.* Remiſſione Uſusfr.? *Varia Dd. Sententia*

Videndum nunc III. de modis, quibus *uſusfructus*, & ſic unà noſtra adminiſtratio, *finitur, manente adhuc poteſtate.* Fieri a. id poteſt, *patre* vel volente, vel invitô. *Volente* eô, per Ceſſionem uſusfructûs, filiof. factam à patre, ſeu, ut loquuntur, Remiſſione ejusd., quam, ex dictis, ſequitur ipſa adminiſtrationis remiſſio aut conceſſio. Jaſ. *ad §. actiones a. l. de act. n. 12.* Hac v. in re varii iterum ſunt Juris Interpretes ſuis ſententiis, quatenus & in quantum valeat ejusm. uſusfructûs, & ſic adminiſtrationis, ceſſio. Sunt, qui ſtatuunt, nullam uſusfructûs adventitiorum, patrif. competentis, donationem, filiofam. à patre factam, valere; ad exemplum donationis inter vivos in genere. *l. 25. C. de don. inter vir.* Vid. *diſp. ſub Dn.*

1. *Præſid. hab. de diff. don. int. viv. & m. c. th. 23.* niſi morte ſit confirmata. Ita explicare videtur Gloſſa textũ *in l 6. §. 2. v. Sin a. C. de b. q. l. ad verb. lucretur.* ibi: *nõ explicat, an teneat remiſſio, vel diuturna donatio, vivente patre, ſed morte ejus dicit eam confirmari.* & intelligere eũm ita Albericũ, refert Tiraq. *ad l. 8. C. de revoc. don. in verb. donatione largitus, n. 212.* Add. P. Pa-

2. *ris. v. 1. cons. 130. n. 15.* Gomez. *var. reſol. lib. 2. c. 4. n. 10.* *Alij* ſimpliciter dicunt,

eunt, valere irrevocabiliter; ſ. per modum expreſſum, ſ. per tacitum, facta. Ita cũ Bart. Bald⁹ Nov. *d.tr.de dote.p.6. priv.36.n.1*, ideò, qↄ. remiſſio hæc magis valeat ut refutatio, quàm ut donatio. quam rationem reddere Baldum, refert, & plures authores citat, Tiraq. *d.l. n.211.* aut, quòd in uſufructu, proprietario filio à patre donato, ſpeciale quid ſit, ut valeat à principio donatio hæc. Idem Bald. Nov. *d.l.* *Alij* diſtinguunt inter uſusfructûs 3.
remiſſionem expreſſam: quam irrevocabilem ſtatuunt; & tacitam, ſi np. pater permitteret, filium fructus ex adventitiis percipere; quæ ſit revocabilis, & morte demum patris firmetur. Aſc. Clem. *d.tr.c.7. n.31.& ſeqq. ubi num. 33.* hanc eſſe communem teſtatur. *Alij* talem patientiam patris 4.
operari potiùs quandam ceſſionem & adminiſtrationem peculii, quàm donationis præſumtionem; & ſic nec morte confirmari, nec à collationis jure immunem eſſe; & patrem de peculio actione ob eandem conveniri poſſe, exiſtimant. Hujus ſententiæ author citatur Bart. & Bald. à Jaſ. *d.l. n.12.& 13.* Decius inſup. ab Aſc. Clem. *d.l.n.32.* Vid. & Cravett. *v.1.cons.39. n.9.* *Alij* remiſſionem expreſſam, ab initio mox, anteq. pater agnoverit 5.
uſumfr., factam, irrevocabiliter validã eſſe; at, poſt agnitionem, ſemel factam, revocabiliter talem aſſerunt. In quam diſtinctionem Corneum *ad d.l.6.§.2.vers.Sin a.* citat Tiraq. *d.l.n. 212.* *Alij* in medio relinquunt rem 6.
hanc, tanq. dubii, quod facere Cynum ad d. tex. refert Tiraq. *d. l.n.212.*

LXXXIX.

Quicquid ſit, nos in hac opinionum varietate arbitramur, juri convenientiùs ſtatui, ſi pater expreſsè, ſimpliciter & abſolutè uſumfructũ remiſerit filio ſ. cum ipſa poſſeſſionis, & ſic adminiſtrationis, translatione, remiſſionem hanc irrevocabiliter validam eſſe, ſ. ab initio, ſ. ex poſt facto, facta. *per d. l. 6. §. 2. vers. ſin. a.* (cujus quidem loci ſententiam perquam turbatam & perplexam dicit Gothofr. *in not. ad verb. ſin a.) junct. l. pen. C. de pact.* favoris, pro ſe introducti, renunciationẽ cuilibet permittente. Non n. tam de ſuo donat, quàm potiùs lucro legali renunciat, & non acquirit. *arg. l.5.§.13.ff. de don. int. vir. & ux.* Dn. Bruñ. *ad d.l.6.§.2.* ob quod valida hæc eſt donatio, quamvis in poteſtate conſtituto facta. Schneid. *ad §.2.I. de don. n.70.* Add. Beſold. *ad l. P. W. p.4. tit.11. th.53.* Ut ſic hæc remiſſio idem operetur, quòd aliàs ceſſio uſusfructûs, ab uſufructuario ipſi proprietario facta, de qua *in §.3.I. de uſufr.* Si v. id expreſsè non ita factũ, ſed tacitè, permittendo ſc. ſaltem, ut filius hiſce bonis omnibus, vel quibusdam, utatur, remiſſio quid. etiam inde colligitur, & valida, ſed quoad perceptos tantùm fructus irrevocabilis (Additionator Baldi Nov. *d.l. a.*

Quæ noſtra? Diſtingu. utrum facta expreſſè, an tacitè.

notavit, donationem adventitiorum, factam filio per patrem, intelligi annuam,) benè v. revocabilis cum adminiſtratione, quoad uſumfructum in futurum. Cavalc. *l.14. dec. 26. n. 8. & 13. & de. 17. n.17.* Etiamſi ſtatuto tempore ad amittendum uſumfructum non ſit uſus. Quamvis n. aliàs uſusfructus non utendo amittatur. *§. 3. I. de uſufr. l. pen. C. de ſervit.* Hunc ipſum tamen, & ſic adminiſtrationis jus ex eo, cum poteſtate patria conjuncto, fluens, non utendo hoc in caſu non amitti, arbitramur. Quod ſi a. non revocaverit, firmum manet omne, firma donatio: nec ad heredes petitio alicujus transmittitur. Maſcard. *de probat concl.1371. n.106. Pac. in anal. Cod. de b. q. l. n.7.* Dn. Brunn. *d. l.* nec quicquam coheredibus fratribus & ſororibus conferendum. *d. l. 6. §. 2. vers. fin. a.* P. Paris. *v. 1. conſ. 130. n. 10. 13.* ubi dicit, veriorē hanc eſſe ſententiam, ratione etiam firmatam *in d. l.*: ſubdens *n. 15.* procedere, etiamſi pater alimenta filio præſtiterit, & *n. 16.* quòd maximè firma ſit hæc donatio, ſi ſeorſim à patre filius habitat, etſi fructus eſſent exceſſivi. Quòd ſi a. ex paterna benevolentia conſtituerit ſaltem, ſe fructus ex his rebus proprietati accumulaturum eſſe, in adminiſtratione perſiſtens: aut uſumfructum cum poſſeſſione transtulerit, ſed expreſsè ſibi reſervatâ adminiſtrandi, jure poteſtatis, facultate: hoc ipſo adminiſtratio hæc amiſſa non erit. Nā renunciationes ſunt ſtricti juris. *per vulg. Vid. ſupr. th. 12.*

XC.

Invitô *patref. an amittatur uſusfr. & ſic hæc adminiſtratio? np. ob patrisf.* Fraudem Negligentiam, Dilapidationem? *Pro ſententia* Affirm.

Invitô patref. an amittatur uſusfructus, & ſic finiatur adminiſtratio hæc, ipſeq; ab ead. removeatur ob *Fraudem & Negligentiam*, in ea commiſſam: maximè ob dilapidationem manifeſtam? pariter à Dd. acriter diſceptatur. Sanè uſumfructum in genere deterioratione amitti, communis eſt ſententia: uti plenè de hoc tractat Joh. Del Caſtillo *tr. de uſufr. c. 24. per tot.*, quanquam, ſi res commodam recipiat diviſionem, non indiſtinctè hoc verum eſſe, ex *l. 14. ff. q. m. uſusfr. am.* judicat Frantzk. *ff. eod. n. 6.* Sed & tutorem & curatorem, ob fraudulentam & negligentem tutelæ vel curæ adminiſtrationem, ab officio removeri, inter notiſſima juris principia eſt. *t. t. I. ff. & C. de ſuſp. tut.* niſi pater pupilli emancipati eſſet. *arg. § 2. I. & l. 1. § 5, & l. 9. ff. de ſuſp. tut junct. l. 9. ff. de obs. par. & patr. præſt.* non obſtante, quòd bona ejus omnia indè, à ſuſcepta adminiſtratione, hypothecæ ſuppoſita ſint. *Vid. ſupr. th. 36.* etiamſi offerat ſatisdationem *l. 5. & 6 ff. §. f. I. de ſuſp. tut.* Semper n. creditum, in hujusm. cauſis, fuit, præſtare in tempore malo occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere *l. f. C in quib. caus. in int. reſt.* Imò jure Rom. providè cautum, ut etiam ſua dilapidantibus, ne in egeſtatem deducantur, adminiſtratio ſuperſtitum rer., cuilibet aliàs, ex ipſa dominii & libertatis ratione, liberrimè competens. *per l 21. C. mand. junct. §. 1. I. de jur pers. l. 25. §. 11. ff. de hered. pet.* (quam propterea ne Princeps quidē auferre poteſt. *§. f. I. de his, qui ſu:*,) adimatur. *l. 12. §. f. ff. de tut. & cur. dat.* Nedum ergò aliena adminiſtrantibus: cùm ab adminiſtratione in totū aliena eſſe debeat dilapidatio & ſpoliatio. *l. 7. §. 3. ff. pro emt.* Menoch. *de recup. poſſ. rem. 9. n. 107.* Inſuper in terminis ferè ab Hadriano Imperatore decretum eſt *in l. 50. ff. ad Sct. Treb.* quòd patrif., heredi ab aliquo inſtituto, ſed fideicommiſſo univerſali, filiof. ſub conditione, ſi ſub poteſtate ſua eſſe deſiiſſet, reſtituendo, gravato, pendente conditione, in fraudē fideicommiſſi multa facienti, (i. e. ut interpretatur Gloſſa *ibid. in verb. in fraudem*, quod conſumebat multa de hereditate,) ante conditionis

nis eventū ea auferenda, & filiof. pleno jure (niſi quòd patri ſ forte egenti, officio judicis, ex acceſſionib. hereditariis quid præſtandum) reſtituenda ſit: adjectâ ratione, quòd, durante adhuc poteſtate, cautiones interponi nequeant. Sed & Imp. Juſt. *in l.f.§.ſ.vers. non a. licentia. C. de b.q.l.* expreſse ſanxit, patremf., extra cauſas permiſſas, res adventitias alienantem, in legum laqueos incidere debere. Quinam a. ſunt iſti? Reſpondere videtur Conſtant. *in l.f. §.2. C. de ſent.paſſ.* his verbis: *Si patriâ poteſtate ad corrumpendi atque effundendi patrimonij licentiam abutatur, ut furioſo atq; dementi, itemq; prodigo, libidinum omnium vitiorumq; ſervo, non eſt pecunia liberor. committenda, quin ab adminiſtratione fugiat.* Hæc certè & ſimiles rationes obtinuerunt, ut paſſim Dd. tradant, patremf., alienando ita & diſſipando, uſumfructum ſtatim amittere, eumq; in liberos transferri. Vid. Dn. Lauterb *diſp. de uſufr. patern. th. 39.* ubi allegat Mager. *de advoc. c. 16. n. 64. ſeqq.* Boër. *decis. 61.* & conferri vult Enenck. *d. tr. priv. 4. c. f. n. 25.* patremq; privari adminiſtratione hac, ac liberos adverſus eum, patriâ poteſtate non obſtante, agere poſſe, ut eand. dimittat. Gloſſa *ad l. 8. §. f. verb. jus hypotheca. C. de ſec. nupt.* R. Marant. *Spec. aur. p. 6. n. 70.* de culpoſa etiam hoc intelligens. S. de Homod: *cons. 135. n. 9.* Surd. *cons. 116. n. 75.* Pinel. *l. 1. de b. m. p. 2. n. 34.* ubi etiam de culpoſa. Et hoc pleriſq; Dd. placere, *ad l. 6. § f. & d. l. f. §. ſ. vers. non a. licentia. C. d. b. q. l.* adſtipulando notavit Gœdd. *de contr. ſtip. c. 7. n. 50.* Et quòd, etiam ob culpoſam talē adminiſtrationē, repellendus ſit, magis communem opinionē eſſe, approbando teſtatur M. ab Eſc. *d. tr. c. 2. n. 6.* Add. Fab. *C. de b. q. l. def. 6.* ubi tunc maximè, ſi dolo verſatus ſit, id obtinere ait ſi pater adeò lapſus ſit facultatibus, ut eo poſtea defunctô, nunq. filius ex ipſius bonis indemnitatem ſit conſecuturus. Quare liberis tunc, ſi minorennes ſunt, curator datur. *arg. l. f. §. 2. C. de ſent. paſſ.* Surd. *d. l.* Sequuntur & Statuta locorum. *Vid. Francof. Ref. d. p. 1. t. 2. §. 11. ibi:* Da ſich auch befünde/ daß der Vatter verthuniſch wäre/ ſeiner Hauß haltung übel verſtünde/ und zu beſorgen/ daß er darunter auch der Kinder Güter verſchwenden möchte/ ſo ſoll er ſeiner Verwaltung/ auff Anſuchung der Kinder Verwandten/ entſetzt und auß derſelben ihnen andere Vormünder verordnet werden. Ad rationes tn. reddendas negligentiā non ſufficere, ſed dolū requiri, docent Neguz. *de pign. 4. membr. 2. part. pr. n. 14.* Pinel. *d. l.* Pro Negativa.

XCI.

Sunt tn. nihilominus alii Dd., qui ſubdubitant: partim, quòd argument. ab uſufructuario in genere ad hunc noſtrum, non per omnia procedat: cùm longè plùs 1. juris hic adminiſtrator habeat, ut vel ex hactenus deductis apparet. Qualis ratio etiam eſt cum argumento à tutore, curatore, ad hunc noſtrum adminiſtratorem; 2. ut hactenus ſæpius oſtenſum. Vid Giph. *ad d. t. C d. b. q. l. p. 221.* partim, quòd paterna reverentia ac poteſtas impediat, quo minùs liberi adminiſtrationem hanc perſcrutari valeant. *l. 8. § f. C. de ſecund. nupt. d. l. 6 §. 2. C. de b q. l.* contra quos ob id, quam 3. diu in poteſtate, nulla currat præſcriptio. *d. l. 1. in f. C. de ann. except.*, ut propterea ante agentes non ſint audiendi: partim quòd, licet prodigis rer. ſuar. adminiſtratio interdicatur: doloſa & negligens adminiſtratio, ſed & alienatio rer., propterea non mox in hunc cenſum quem referat, ut pro prodigo, cui curator ſit conſtituendus, haberi debeat, *arg. t. t. l. ff. & C. de ſuſp. tut.* partim, quòd *d. l. 50. ff. ad SC. Treb.* agit 4. de ſpeciali caſu, nempe quo teſtator, in caſu fraudulentæ patris in fideicommiſſo converſationis, prætulit filium patri. Peregr. *de fidej. art. 40. n. 16.* partim, quòd liberis jus ſuum, alienata, maximè immobilia, oculis ſemper expoſita, revocandi, ſo-

luta poteſtate, ſemper ſalvum maneat, nec niſi 30. annor. præſcriptio contra eos tunc currat. per ſupra deducta *th. 82.* partim etiã, quòd pro maternis rebus, in caſu ſecundar. nuptiar., tacitâ hypothecâ liberis proſpectũ ſit à lege. Unde *alÿ* planè negant: *alÿ* temperant rem, & remotionem ab adminiſtratione in mobilibus ſaltem, ex hac cauſa, defendunt: quanquam nec tunc ſimpliciter, ſed, ſi pater non ſit ſolvendo. Quod temperamentum eſt Bartoli: quem ſecuti Imola & Alex. Jaſon, Ripa, & Dd. magis communiter, obſervante Peregrino *d. l. n. 25.* Quam ſententiam forſan tutiùs nos ſequi poſſe, arbitramur. Giph. *d. l.* &, quòd in genere in ſubſidium tantùm, quando pater nihil poſſideret, hanc facultatem, vivente eo, concedant quàm plures, non negligendi, Dd., refert Joſ. Ludov. *d. decis. 13 n. 15.* Alii, Gloſſa np. & Bald., diſtinguunt, & concedunt, ſi malè pater adminiſtret in committendo: negant v., ſi in omittendo aut negligendo: & hoc in caſu compelli eum adminiſtrare, & ſumtus, juxta *l. 1. C. de b. m.* facere, dicunt. Vid. Tiraq. *de pœn. temp. cauſ. 44. n. 84.* Aſc. Clem. *d. tr. c. 17. n. 24 ſeq.* Neguz. *de pign. p. 2. membr. 4. n. 14.* Alii, amiſsâ licet ob has cauſas adminiſtratione, fructus nihilominus patri f., deductis impenſis, factis in arando, colendo, laborando. *l. 36. §. f. ff. de hered. pet.* præſtandos cenſent, quod facit Munnoz. *d. l. in f.* Joh. Bapt. Hodiern. *ad Surd. decis. 242 n. 2.* ubi etiam citat Menoch. Boër. Peregr. *d. l. n. 15. ſeqq.* A. Fab. *C. de b. q. l. def. 7.* Ob quod ipſum à patre remotionem hanc ab adminiſtratione non ita ægrè ferendam eſſe, arbitratur S. de Homod. *d. cons. 135. n. 8.*

5. Alii *temperant tutiùs.* — Alii *diſtinguunt.* — Alii *fructus ob id non amitti à Patre f.*

XCII.

Uti verò ſententia affirmans nobis validioribus rationibus roborata videtur: & falſum, quod tradit Giphan. *d. l.* quòd toto jure non agatur de removendo patre: propter text., omninò hoc ſatis inferentem, in ſæpe citata *l. ult. §. 2. C. de ſent. paſſ.* Id v., quod de culpoſa adminiſtratione traditur, intelligend. de nimis culpoſa: de culpa magna, notabili. Munnoz. *d. l. n. 7* quam deſcribit JCtus Ulp. *in l. 3. § f ff. de ſuſp. tut.*, de nimia negligentia, quæ eſt, nõ intelligere, facere, quod omnes intelligunt, faciunt. *l. 213 inf. ff. de V. S* & propè fraudẽ eam eſſe dicit *in l. 7. §. 1. ff. de ſuſp. tut.* quam exemplificat Munnoz. *d. l.* his verbis: *Si abſq; cauſa diſtraheret immobilia, vel negligens eſſet, fundos & vineas non colendo, vel ſarta tecta domorum non ſervando.* aut, ut Bartol. *ad d. l. f C. de ſent. paſſ.* patiendo domos, prædia & bona filii vendi & diſtrahi. Aſc. Clem. *d. l. n. 15.* Ita ead. à Sereniſs. Wirtenb. Legiſlatore comprobata eſt in J. P. W. *p. 4. t. 11. §.* woſern aber. *fol. 464. ſeqq. verb.* Woſern aber ſolch überlebend Ehegemahl ꝛc. Imò magiſtratibus ſeverè injungitur ab eod., ut maturè caveant, ne res tales minorennium liberor. quid detrimenti capiant. J. P. W. *p. 4 tit. 10. §. 1* In ſumma, judicis eſſe, in hoc providere, ne liberi parentum reverentiâ in periculum veniant: ipſos tn. non quavis de cauſa, ut bonor. diſſipatores, temerariò auſu, privandos eſſe, monet Enenck, *d. tr. priv. 4. c. f. n. 26.* Et liberi, ad ejusm. judicium contendentes, ſemper ob oculos habeant illud Egeſippi *lib. 1. c. 38. In judiciis filiorum & patrum nihil magis liberos gravat, quàm natura pietas, & pietatis authoritas.* citatum à Mornac. *ad l. 4. §. 1 ff. de in jus voc.* Poterunt a. liberi f. tunc remotionem hanc quærere imploratione judicis officii nobilis. Signorol. de Homod. *d cons. 135. n. 9.* veniâ tn. priùs impetratâ, ne in pœnã edicti incidant. per Gloſs. general. *in l. 27. §. 12 ff. ad SC Treb.* Sich. *ad l. 7 C. de dot. prom. n. 13.*

Quæ noſtra ſententia? — *Quid jure* Wirtenb.? — *Remotio* quô remediô *peti poteſt?*

XCIII.

Hic ergò non incommodè moveri poteſt quæſtio: *An, ſi paterf. adminiſtrator ad ſecundas convolat nuptias, hoc ipſô adminiſtrationem hanc amittat, aut eâ privetur?* Re-

An amittatur per Secundas Nuptias?

Reſpondemus, quòd non. Quia n. utrumq; ejus fundamentum nuptiis ſecundis inconcuſſum manet: ſiquidem nec patriam poteſtatem eidem tollunt. Dn. Brunn. *ad l.f.C.de b.m.* Rittersh. *ex tos. Nov. part. 4. c. 6. in f.* nec uſumfructum. *text. expreſſ. in d. l. f. Nov. 22. c. 34.* Quare improba vox eſt & accuſatio, quando liberi ex hoc capite ad remotionem patris properant, notante Imperatore Juſtin. *in d. l. f. in f.* Quamv. n. non ſit diffitendum, quòd ſecundæ nuptiæ fidem parentum non parum infringant, eorumq; animos alterare non rarò *l. 4. ff. de inoff. teſt.* ſoleant. M ab Eſc. *d. tr. c. 6. n 3.* Mev. *ad Ius Lub. p. 2. t. 2. a 21. n. 13.* tn. nihilominùs indiſtinctè, &, nuptiis ſecundis non obſtantibus, patremfam. ſemper præſumunt optimum pro liberis capere conſilium. *l 7. pr. C. de cur. fur.* Munnotz *d. l.* P Peck. *de teſtam conjug. lib. 2. c. 17. n. 4.* Quare nō dubitant Dd. defendere, eid., ſive ad ſecundas, ſive ad tertias, & ulteriores, nuptias procedat, jus adminiſtrationis, ſalvum manere. Cujac. *ad C. de b. m. n. 11.* poſt Bald. Corn. Caſtrens. Pinel. *ad l. ult. C de b. m. n. 16. & n. 2.* Gœdd. *v. 1. cons. Marp. 27. n. 175.* poſt Boër. Guttierez. Gomez. citatos Hodiern. *ad dec. Surd. 106 n. 7. ſeqq.* Et hoc Francofurti etiam expreſſè Statuto firmatum in d. *Reform Francof p. 7 t. 2. §. 8.* Ulmæ quoq; *Ord Ulm. d. p 1 t. 4. § 1. & ſeqq.* quo jure, ſi mater ad ſecunda vota convolavit, vitrico, juxta eand., committitur & relinquitur adminiſtratio: præſtitá tn. ab ipſo cautione. Id tn. illa confidentiæ, per nuptias ſecundas facta, imminutio operatur, ut pro conſervatione juris & bonor. horundem, ad liberos primi thori pertinentium, patef. teneatur & inventariū conficere, & ſatisdatinoem (non regulariter tn. in hac materia: per tradita Pineli *d. tr. de b. m. ad l. 1. part. 2. n. 31.* ſec. quā limitationem ſupra, *in th. 35.*, poſita accepta volumus. Conf. quæ tradunt *Dd ad l. 6. §. 1. C. ad SC. Treb.*) præſtare ejusq; bona pro maternis & materni generis reb[9], hypothecæ ſunt ex lege ſubjecta. per ea, quæ propoſita ſunt ſupra *in d. th. 35.* Add. P. Chriſt. *vol. 1. dec. Belg 101. n. 5. & ſeqq.* Jure Lub., facta à binubo patre cum liberis diviſione, eid. bona liberor. non committuntur: ſc. quia pro emancipatis tunc habentur, & ſic utrumq; fundamentū adminiſtrationis noſtræ tunc ceſſat, latè Mev. *ad I. L. d. l. per tot maximè n. 121. & ſeqq.*

Quid tn. ea operentur in hoc?

Quid jure Lubec.

CIV.

Q. de omiſſione Inventarii facta, contractis ſecundis nuptiis.

Sed, cùm Adminiſtrator noſter legitimus, ſecundas contrahens nuptias, ad *Inventarij* confectionem, de jure communi, ſecund. plures, & in hoc Ducatu Wirt. indiſtinctè quilibet, teneatur, *ut ſupra th. 32.* oſtenſum. *An omiſſionis ejusd. pœna eſt privatio uſusfr. & adminiſtrationis hujus?* Reſp. ſuppoſitâ illius, de jure comm., opinionis veritate, arbitramur reſpondendum eſſe, quòd non. cùm de hac pœna, nec certa aliqua lege cautum ſit, nec ex Juris analogia ad eand. tutò inferri queat. Quamv n. præſumtionem doloſæ adminiſtrationis, ſi dolo facta omiſſio, inferat; non tamen ob præſumtionem doloſæ adminiſtrationis remotio locum habet, ſed oportet, ut actualis doloſa adminiſtratio & diſſipatio bonorum facta ſit & probetur. Aſt in hoc Ducatu certa extat generalis ſanctio *in l. P. W. p. 4. t. 3. §.* inmaſſen. *fol. 434.* pœnā hanc imponens in caſu doloſæ omiſſionis ex inventario vel uni[9] ſaltem rei. ibi: ſo es mit Gefährden ichtwas hinterhalten/oder unterſchlagen: nedum ergò, ſi totum ita omiſſum. Verùm dolus iſte probandus erit ex apertiſſimis rer. argumentis. *arg. l. 3. §. 4 ff. de ſuſp. tut.* quia cum patref. res eſt: pro quo & naturalis & civilis ſtat præſumtio: adeo, ut jura, petulantiæ liberor. in hoc refragantia. *l fin. C qui & adv. quos.* aliàs etiam erubeſcant audire ex filio dolum de doloſo etiam patre. *l. 11. §. 1 & ibi Dd ff. de dol.* Et quis æquis aurib. audiret conquerentem filium,

ſe à Patre læſum? inquit religioſus JC. Brunn. *ad d. l. fin.* Conf. de offic. liberor. Bœcler. *Inſt. Pol. lib. 1. c. 3. p. m. 49. & ſeqq.*

XCV

Quib. caſibus Adminiſtratio amittatur jure Wirtemb.?

Cæterùm, quibus caſibus adminiſtratio hæc cum uſufructu amittatur, *in hoc Ducatu*, videri poteſt in *l. P. W. p. 4. t.* Wie und womit die Nieſſung der Kinder angefallener Güter durch die Eltern verwircket werde. *11. fol. 463.* & ap. Commentat. ſup. cit. Finitur hoc jure adminiſtratio quoq; horund. bonor. (exceptis iis, quæ ab ipſo patre aut matre obvenerunt. *l. P. W. d. 4. t. 7. §.* und was. *& tit. 8. §.* was dann.) liberor. Majorennitate, it. Matrimonio. *l. P. W. d. p. 4. t.* wie es mit den jenigen Haab und Gütern/ ſo nach getrennter Ehe denen Kindern zugefallen/ gehalten werden ſolle. *9. fol. 460. §.* was aber. Plebſt. *ad l. Wirt. diſp. 4. p. 4. th. 80.* Dn. Lauterb *in diſſ. ad d. t. n. 3.* Quòd ſi tn, antequam matrimonium ineunt, moriuntur, uſusfructus patri ad dies vitæ relinquitur. Beſold *d. diſp. ad p. 4. l. P. W. th. 31*

XCVI.

Quoad contraria conſideratur etiam hac adminiſtratio ut Finita.

Adminiſtratione hac ita finitâ, & conſolidatione uſusfructûs cum proprietate factâ *l. P. W. d. p. 4. t. 8. §.* inmaſſen. omnes res, quæ ſub ea fuerunt, à patre vel ejus heredibus, liberis, aut eorund. heredibus, reſtituendæ ſunt cum fructibus, qui tempore amiſſionis, aut ceſſationis ejusd., erant pendentes, aut ab eo tempore percepti. *arg. §. 37. I. de R. D. l. 8. inf. ff. de ann. legat. junct. l. 44. ff. de R. V. l. ſi pater. 5. C. de uſufr.* & ea obtinent, quæ pluribus de natura finiti uſusfructûs in genere Dd. tradunt *ad §. f. I. de uſufr.* Conf. Ulm Statutum *d. p. 2. t. 4. §. 4* Ex quo tempore liberi ſuperſtites regulariter incipiunt habere liberam harum rerum moderationem, pleni earund. domini *per d. §. fin. facti. l. 21. C. mand.* Poſſuntq; rerum harund. poſſeſſionem occupare propriâ authoritate, ut quilibet proprietarius. poſt Caſtill. Hillig Brunn. *ad d. l. 3. ff. quib. m. uſusfr.* ſc. ſi ſunt poſſeſſore aut detentore vacuæ. Quòd ſi n. tales non ſunt, cum controverſiam moventibus actionibus experiundum erit.

XCVI.

Quid ſi cum hereditate paterna res venit ad concurſum credito-rum?

Quòd ſi a. cum paterna hereditate res venit *ad concurſum creditorum*, tunc, hor. bonor. intuitu, & ipſi inter eos ſunt. Verùm, ſi bona hæc adhuc in hereditate extant, jure ſeparationis ea petere poſſunt, nec opus habent, ut in concurſū ſe immiſceant. *N. 91. c. 1.* per ea, quæ habet Richt. *in tr. de jur. & priv. cred. diſp. 3. p. 58* Carpz. *in l. F. p. 1. c. 28. def. 14. ubi in fin. præjudiciū de Ao. 1614* Quò tn. ſi nō extantib. opus, reſpectu maternæ dotis, præter hypothecam legalem, etiam jus prælationis habet. *l. 12. §. 1. vers. exceptis. C. qui pot. in pign.* confirmatum *in l. P. W. p. 2. t. 75. rubr.* eingeſetzte/ 2c. *§.* es ſollen. *in f. fol. 211. ibi:* deßgleichen auch ihre Kinder mit demſelbigen Mann erzeugt. Plebſt *diſp. 1. p. 2. ad l. P. W. th. 165.* Illuſtrat hoc reſponſum Jenenſium; quod exhibet Richter. *in d. tr. diſp. 6. n. 8. de Ao. 1618.* his verbis: wenn gleich das außtrucklich/ 2c. Quorum bonor. a. reſpectu aliàs in hypothecariorum ſimplicium claſſem perveniant, ex dictis *ſupra th. 56.* clarum erit, & iis, quæ tradunt Beſold *ad p. 1. l. P. W. t. 75. diſp. th. 150.* Plebſt *d. l.* Dn. Lauterb. *ad l. P. W. d. t. 75. th. 96.*

XCIIX. & ult.

Contraria *hujus Adminiſtrationis*.

Et hæc de hac Adminiſtratione Adventitiorum Legitima. Cui Cognata eſt adminiſtratio Uſufructuariorum, Tutorum, Curatorum quorumcunq;: Mariti in bonis dotalibus, & paraphernalibus maximè, de quibus in præcedentibus nonnulla tetigimus. Earum a. natura alibi quærenda eſt.

Tantum!

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE